

104

Ge. 98.





V. 87



QVÆSTIO JURIDICA  
singularis.

**Actio Injuriarum**  
æstimatoria,

Utrum cum actione decantatoriâ seu ad Palin-  
odiam eodem in libello copulativè proponi &  
cumulari queat?

*EXAMINATA*

à

CHRISTIANO LENTZIO, D. supremi in  
Electoratu Saxonico judicii p. t.  
Assessore.

*L I P S I Æ*

---

Sumptibus Hæredum Godofredi Grossii,  
Typis expressit Gregorius Ritzschius.  
ANNO 1638.



QUESTIO JURIDICA  
ARTICULUM  
L. 1. DE RE IUDICA  
L. 2. DE RE IUDICA  
L. 3. DE RE IUDICA  
L. 4. DE RE IUDICA  
L. 5. DE RE IUDICA  
L. 6. DE RE IUDICA  
L. 7. DE RE IUDICA  
L. 8. DE RE IUDICA  
L. 9. DE RE IUDICA  
L. 10. DE RE IUDICA





Candido Lectori S.



*Naturam vacuum otiumque fugientem, quotidie novas edere formas tritum est & decantatum. Ipsa testatur idem experientia. Nova hinc rerum negotia, in vè disciplinis novas oriri disceptationes constat. Est novis hinc opus legibus seu Constitutionibus, Reip. vinculis & fundamentis. Hodiernis quippe moribus quamplurima in ijs disciplinà esse recepta, de quibus altum in Je Romano silentium, nullus ignorat. Inter sexcenta docet id Aetio injuriarum recantatoria seu ad palinodiam, quam Ji prorsus Justinianeo incognitam postmodum inolevisse, moribus usque forensi approbatam fuisse; imò in judiciis frequentius actionem institui vix ullam, vel ipsa loquuntur Tribunalia. Nova itaque actionis formulam introductam, novas inde ortas in foro disceptationes haut mirum. Quaesitum siquidem fuit ab Interpp. Actio utrum recantatoria cum injuriarum criminali eodem possit in libello jungi aut copulari? Et num cumulatione actionis recantatoria ac injuriarum estimatoria civilis sit licita? Illam sane quod spectat hanc, jam olim in provincia Sereniss. Saxonie Elector, D. Augustus felicissime recordationis eam decidit, cumulationem actionis revocatoria & injuriarum criminalis ad poenam arbitrariam seu extraordinariam officio judicis reo irrogandam directe, concedendo; prout ex Electorali Constit. 42. part. 4. videre est. Quid porro de altera sentiendum quaestione, haut obscure eadem ex Ordinatione licet appareat: diversa tamen hisce in regionibus opiniones paucis ab hinc annis sunt recepta, inferioribus in vè*

Candido Lectori S.

judicijs, Collegiis itidem juridicis diversè fuit pronunciatum. Aliquot idcirco ante annos, arduâ cum quadâ in causa ab Actore injuriarû actionē intendente, præter palinodiâ æstimatoria unâ injuriarum esset petita, sicq; actio æstimatoria eodem in libello cum recantatoria copulativè proposita & cumulata, libellus ineptam & ejusmodi cumulationem in prima instantia ad Scabinorum Lipsiensium consultationem fuit rejectus; superiore verò in judicio, secundaq; instantia Curia videlicet provinciali Lipsiensi admissus. Quâ lite legitimam per provocationem ad Serenissum Saxonie Electorem devolutâ, ventilatâq; in supremo Electoratus Saxonici Tribunali Dresdensi, Appellationum quod vocant, tertiâ utpote ac vigore de non appellando Privilegii Electori, Ducibusvè Saxonicis competentis, novissima in instantia; Amplissimus Senatus auditis utriusq; partis allegationibus maturâ hanc controversiam deliberatione opus habere pensitans, nec non præcipitantiâ justitiæ novercam ratus, nullamq; rem simul festinatam & examinatâ esse: nec esse quicquâ omnium, ut ut ar verbis Justi Lipsii, quod habeat laudem diligentia simulvè gratiam ceberitatis, partium hujus decisionem controversiæ distulit. Meorum interea partium autumans utriusq; opinionis rationes, veritatis duntaxat indaganda ac erænda gratia consignare; & juris principijs, naturæ itidem ac qualitati actionum cumulationis, circaq; eam omnibus ab Interpp. receptis regulis magis consonam adstruere; ad totum negotium Ampliss. Senatui, Serenissimo imprimis Electori, Domino meo Clementissimo submittere, dicere & in hanc conscripsi. Re maturè deinceps deliberatâ, Generoso supremi prædicti Tribunalis Domino Præsidi, Assessoribusq; Nobilissimis, Consultissimis, Collegiis meis honorandis opinio quoq; arrisit negativa, cumulationem actionis recantatoria & injuriarum æstimatoria rejiciens, sicq;

non




Candido Lectori S.

non solum primæ instantiæ sententiæ, secunda repudiata, in  
Termino Trinitatis Anno 1637. fuit confirmata, verum &  
questio ipsa à potentiss. Saxonie Electore per speciale Re-  
scriptum huic disquisitioni annexum, ad uniformem in pro-  
nunciando stilum introdacendum, litesvè abbreviandum  
decisa.

De rationibus igitur Amplissimus quibus summi Tribu-  
nalis seratus motus, eò melius quo constaret, ac ut veritas ma-  
gis magisvè elucesceret, prægnantesq; ob rationes à communi  
secessum factum esse opinione innotesceret, hasce pagellas tibi  
benevole Lector communicare è re esse duxi. Petens vicif-  
sim æquo hunc ut exiguum licet laborem suscipias animo, can-  
didè de eo judices, tuoq; me prosequaris favore: quo fretus  
Tractatum de Nominibus & Actionibus cessis jamdudum  
conscriptum, brevi editurus sum, unà cum Serenissimæ Saxonie  
Electoris Edicto d. 1. Februar. Anno 1614. de Cessionibus pro-  
mulgato, notis illustrato. Vale Lector candide diutissimè.  
Dab. Dresdæ d. 3. Nonar. Maij, Anno 1637.

A 3

CUM



CUM DEO.  
Actio injuriarum æstimato-  
ria utrum cum actione ad palin-  
odiam cumulari queat!

**D**upliciter doloso quovis è delicto, publico  
vel privato, agi potest, civiliter & criminaliter.

Matth. Wesenb. *part. 1. consil. 22. num. 24.* Nicol.  
Reufner. *lib. 2. cons. 20. num. 1.*

Civiliter ad id quod interest & damnum datum, vel ad mulctam  
certam seu poenam pecuniariam parti læsæ applicandam: cri-  
minaliter verò ad vindictam poenamque incertam ac in jure  
non definitam, sed à Judicis arbitrio pendentem, fiscove non  
parti læsæ applicandam, vel aliàs corpori delinquentis infligen-  
dam.

Juli. Clar. *lib. 5. sent. §. ult. quest. 1. num. 2. §. quarta igitur.*  
Wesenb *parat. Dig. de privat. delict. sub num. 4.* Herm. Vult.  
*lib. 2. Jurisprud. Roman, cap. 19. pr.* Borgn. Cavalcan. *lib. 5. de-*  
*cis. 15. num. 2.*

ex privato quidem delicto ordinariè civiliter, extraordinariè cri-  
minaliter; ex publico, autem ordinariè criminaliter, extraordi-  
nariè civiliter.

*arg. l. fin. D. de privat. delict. Herm. Vult. d. cap. 19. num. 2.*  
proindè ex injuriarum quoque delicto, privatis quod adnume-  
ratur

*l. 1. §. 1. in fin. junct. rubr. D. de privat. delict. pr. Instit. de obligat.*  
*quæ ex delict. nasc. l. 7. injuriarum, C. de injur.*

dupli-



dupliliter agi posse constat, ordinariè civiliter, extraordinariè criminaliter.

§. 10. in summa. Instit. de injur. Wesenb. parat. Dig. eod. num. 14.  
Nicol. Reusn. d. loc. num. 2. & 4. Martin. Uran. tom. 1. consil.  
7. num. 25.

Licet verò injuria sit duplex, aut realis aut verbalis.

Schneidvv. ad §. injuria num. 1. Instit. de injur.

hoc tamen loco, de actione saltem ob injuriam verbalem com-  
petente agemus, quâ de Je. com. experimur, ut diximus, aut ci-  
viliter aut criminaliter. Civilis injuriarum actio appellatur,  
ubi injuriam illatam actor in libello æstimat, ut Judex vel tanti-  
rerum condemnet, quanti injuriam passus æstimaverit, vel mi-  
noris, prout ei fuerit visum.

§. 7. pœna. Instit. de injur. & ibid. Schneidvv. num. 12. Heig. ad  
§. 10. in summa. num. 3. d. tit. Wesenb. d. loco de injur. num. 14.  
Martin. Uran. d. loc. Jul. Clar. lib. 5. sentent. §. injuria. num. 4.  
Harpr. ad d. §. 10. in summa. Instit. de injur. num. 2. & ibid.  
Rittershus. in princ.

Criminalis est, ubi officio Judicis extraordinaria pœna reo irro-  
gatur.

d. §. 10. in summa. vers. sin autem. ubi Nicas. in princ. Instit. de  
injur.

quo casu injuria non æstimatur, nec certa pœna ab actore deno-  
minatur, sed injuriam passus petit reum pœnâ pecuniariâ fisco  
applicandâ, vel corporali & sic arbitrariè puniri.

d. §. in summa. & ibid. Schneidvv. num. 1. Heig. d. loc. num. 4.  
Wesenbec. parat. Dig. d. loc. num. 14. & 16. Rittershus. d. loc.  
Uran. d. loc. sub num. 25. Clar. d. loc. num. 4. & 7. Vult. d. loc.  
num. 52. Harpr. d. loc. num. 4.

Duas verò hasce ex injuriarum delicto descendentes actiones,  
civilem nimirum seu æstimatoriam & criminalem in eodem li-  
bello proponi, vel uti Dd. loquuntur, cumulari non posse, conve-  
niunt omnes.

Wesenbec. parat. Dig. de injur. sub num. 14. Heig. ad §. 10. in  
summa. num. 2. Ant. Gomes. var. resol. tom. 3. cap. 6. num. 70

quia utraq; ad vindictam tendit.

Wesenb. d. loc. Harpr. d. loc. sub num. 58. Gomes. d. loc. Heig.  
d. loc.

Actio

Quaestio Juridica singularis

Actiones autem ad duplicem ejusdem delicti vindictam seu poenam tendentes cumulari nequeunt

Gail. lib. 1. obs. 60. num. 5. Schneidvv. in d. §. in summa. num. 1. in fin. Instit. de injur.

Hocque maxime de jure Saxonico procedit: id enim poenae civilis ac criminalis cumulationem regulariter non admittit

Gl. art. 45. num. 4. vers. vides igitur. LandR. lib. 3. Gl. art. 31. num. 2. & art. 35. num. 4. LandR. lib. 2. Carpzov. pract. criminal. part. 3. quest. 132. num. 76. in fin.

Imò quando civiliter fuit actum, non potest amplius ratione injuriarum criminaliter agi, nec contra, secundum

Schneidvv. d. loc. Harpr. d. num. 58. Nic Reusn. lib. 2. consil. 20. num. 6.

Ceterum moribus hodiernis in Imperio ob injuriam verbalem actiones non duntaxat praedictae injuriam passio competunt, sed ex usu & consuetudine Juri accessit Justinianeo actio, quae ad verborum injuriosorum reclamationem seu recantationem aut palinodiam agitur

Vult. d. loc. num. 53. Harpr. d. loc. sub num. 63. Vid. Mart. Uran. tom. 1. consil. 7. num. 26.

Quam in Electoratu Saxon. introduxit D. Augustus Saxon. Elector per

Constit. 42. part. 4.

De vero igitur hujus recantatoriae actionis usu dispiciendum, an & quatenus rite ea intendatur? Ubi tres casus seu quaestiones considerandae sunt 1. An haec actio ad palinodiam sola institui queat? Dn: an cum injuriarum criminali? Et denique utrum cum civili injuriarum actione seu aestimatoria recte eodem in libello cumulari possit? Primam quod attinet, in dubium est actionem ad recantationem seu palinodiam rite solam intentari

Vult. d. loc. num. 53.

Idque satis apparet ex ordinat. Camer. part. 2. tit. 28. §. und sonderlich setzen/ 2c. ibid. doch sollen die Sachen injuriarum in denen auff Wiederruff geklaget/ 2c.

Quoad secundam, existimat quidem Ern. Cothmannus de jure communi non posse actionem injuriarum civilem ad palinodiam cum criminali jungi & copulari

Coth-

de actione injuriarum æstimatoria.

Cothman. volum. 1. respons. 14. num. 20. & seq. & vol. 3. respons. 4. num. 36.

quam opinionem J Cri tenent Altorfini

Rittersh: consil. Altorf. 38.

Verum hoc limitandum esset, nisi statuto aut judiciorum consuetudine ejusmodi cumulatio sit recepta

Cothman. d. loc. num. 37.

Statuto enim judiciorumque stylo harum duarum actionum cumulatio induci potest, cum ad unum idemque non tendant, nec per eas uni eidemque satisfiat: per palinodiam siquidem parti læsæ, per criminalem Reipubl. præstatur satisfactio. Hinc in nostra Provincia non solum usus & praxis quotidiana attestatur, actionem ad palinodiam posse cum injuriarum criminali cumulari: sed & idipsum Constitutio Elect. Saxon. expressis verbis approbat, quando sancit: **Daß ein jeglicher / wer der auch were / so freventlicher / vorsezlicher vnd muthwilliger Weise den andern / Mann oder Weibs Personen an ihren Ehrenschmähen / lästern / schänden vnd injuriirn / vnd derhalben rechtlich beklagt würde / dem Beschwerdten vnd Injurirten Theil / nach befindung der Unschuld / einen öffentlichen Wiederruff vor Gerichte zu thun schuldig seyn sol / darüber aber vnd darneben sol auch solcher muthwilliger Schänder vnd Injuriant willkürlich mit einer hohen Geldes Buß / mit Gefängniß / oder mit zeitlicher Verweisung gestrafft / oder auch nach Gelegenheit der Personen / der Zeit oder Orter / vnd anderer Umstände mit Staupen / schlägen / des Landes Ewig verweiset werden.**

Dispositionem verò § 1 darüber aber vnd darneben / i. e. de poena arbitraria seu ( retentâ juris civilis poenarum divisione ac descriptione ) criminali, quæ non parti læsæ, sed fisco aut judici applicatur, intelligendam esse, docent tradita à

Matth. Wesenb. part. 1. consil. 22. sub num. 18. & parat. Dig. de injur. sub num. 18. ac in not. ad Schneidvv. in §. 7. poena. num. 15. verb. Licet enim, terris in Saxon. & c. Inst. de injur. Nicol. Reufn. lib. 2. consil. 20. num. 17. Petr. Heig. ad §. 10. in summa. num. 7.

B

Instic.

Quæstio Juridica singularis

*Justit. de injur.* Vid. infra in respons. ad 9. dubitandi rationem,  
Tertiam circa quæstionem Doctores judiciaque hujus provin-  
ciæ non conveniunt; quibusdam cumulationem actionis ad  
palinodiam & injuriarum æstimatoriæ rejicientibus, quibusdam  
verò eam admittentibus. Inter homines enim sic est indubi-  
tatum nihil, ut non possit, licet sit valdè justissimum, sollicitam  
quandam suscipere dubitationem, uti ait Imp.

*in Novell. 44. cap. 1. §. 3.*

Siquidem

Usque ad eò tribuit difformia semina nobis,  
Gignendo natura parens, quod displicet illi,  
Hic amat, hic laudat, quicquid damnatur ab illo.

*Marc. Saling. in Cancr. seu Zodiac. vit. lib. 4.*

Quædam verò feliciorum ad enodationem facientia præmit-  
tenda prius videntur, quàm quæstionem ipsam accedamus.

Notab. I.

Primò igitur notandum, quòd actionum cumulatio à Barto-  
lo describatur unius actionis cum aliâ coadunatio.

*Bart. in l. edita. num. 13. C. de edend.*

Angelus Aretinus & Zasius describunt, quod sit coacervatio  
plurium rerum sive actionum contra eundem propositarum, ju-  
dicio legitime facta.

*Ang. Aret. in §. si minus. Instit. de action. Zas. ibid. num. 12.*

Obrechtus describit, quod sit plurium rerum nomine compe-  
rentium actionum coacervatio contra unum, vel plures in judi-  
cio eodem in libello ritè facta.

*Obrecht. de concip. libell. cap. 24. num. 2.*

Friderus, quod sit juris connexi diversi quidem, sed compati-  
bilis exercitium, idque vel ex eadem causa adversus plures & di-  
versos, vel ex diversa causa adversus eandem personam, sive ad  
eandem rem.

*Frider. lib. 3. de contin. caus. cap. 10.*

Ubi monendum, veram actionum cumulationem non dici, ubi  
ex eadem causa adversus plures & diversos, actiones instituun-  
tur plures; proinde alterum descriptionis membrum veram  
duntaxat cumulationem innuere, quando nimirum ex diversa  
causa ad eandem versus personam plures actiones, juris tamen  
connexi, in eodem intentantur libello.

Hinc

de actione injuriarum æstimatoria.

Hinc Johannes Schneidvvinus Jctus & Practicus insignis, actionum cumulationem describit; quod sit unam actionem cum alia coacervare, quando videlicet ex DIVERGIS CAUSSIS competentes in eodem libello contra eundem coacervantur & proponuntur.

Schneidvv *in d. §. sin minus. num. 7. Instit. de action.*

Gailius quoque tradit, communem esse Dd. sententiam, plures actiones in eodem libello conjungi ac cumulari posse, si ex DIVERGIS CAUSSIS agatur.

Gail. *lib. 1. observat. 63. num. 1.*

Constat ergò ex communi & recepta Dd. opinione, cumulationem actionum, ubi adversus eandem personam instituuntur, tunc solummodò obtinere, quando non ex una eademque causa & obligatione, sed DIVERGIS oriuntur, quod probè tenendum, & traditur à

Bart. *ad d. l. 3. edita. C. de edend. num. 15. & 20. Castrens, ibid.*

Gilken. *ib. num. 154. Aym. Cravet. consil. 16. num. 8. Schneidvv, & Gail. ad. loc.*

E diverso non admitti plurium actionum cumulationem adversus eundem, si actiones & res sint diversæ, at CAUSSA PETENDI EADEM

Speckhan. *cent. 1. quest. 66. num. 14. & 15. Castrens. d. loc.*

Bernh. Græv. *lib. 1. concl. 63. num. 10.*

Secundò notandum, propter litigandi compendium introductam esse actionum cumulationem, ut scil. in eodem judicio, eodemq; tempore simul disceptentur ea, quæ alioquin multiplicatis sumptibus & molestiis seorsim expedienda forent, sicq; actionum cumulatio litium minuendarum & dirimendarum remedium sit, actiones vè eò cumulari, ut ex qualibet consequatur aliquid Actor.

Zanger. *de except. part. 2. c. 19. num. 2. Schneidvv. d. loc. num. 16.*

Undè dicitur, actionum cumulationem in Actoris arbitrio prorsus consistere, easque demùm esse cumulandas, quæ aliàs diversis possint judiciis aut instantiis seu processibus proponi, cum actori licitum sit remedio huic renunciare, ac plures sibi compe-

tentes actiones processu instituere diverso. Finis siquidem est actionum cumulationis, ut lites minuantur, & facilius ad exitum perducantur. Frustra enim pluribus fit judiciis, quod uno absolvi potest.

Obrecht *d. cap. 24. num. 44.*

3. Tertiò notandum, quatuor cumulationum genera seu modos à Dd. constitui. PRIMUM genus est, quando diversæ actiones ex causis diversis ad diversa. SECUNDUM, ubi diversæ actiones ex eadem causa ad idem. TERTIUM, ubi diversæ actiones ex eadem causa ad diversa. QUARTUM, quando diversæ actiones ex diversis causis ad idem proponuntur.

Cyn. *in d. l. edita. C. de eden. sub. num. 22.* Bart. *ibid. num. 15.* Pract. Ferrariens. *in form. libell. in act. real. verb. salvo jure addendi. n. 11. 12. 13. & 14.* Castrens. *in d. l. edita.* Zasius *in §. fin. sin. minus. num. 18. Instit. de action.* Obrecht. *de formand. libell. c. 24. num. 7.*

In primo & quarto genere cumulatio est permessa, prohibitoria nisi forsitan obstat regula.

Cyn. *d. loc.* Bart. *d. loc. num. 15. 16. & 20.* Pract. Ferrariens. *d. l. sub. num. 11. & 14.* Castrens. *d. loc.*

aut circa quartum genus utraque causa sit lucrativa

Cyn. & Bart. *ad loc.*

In secundo verò & tertio genere cumulationem esse prohibitam Dd. statuunt unanimiter

Cyn. *ad d. l. edita. sub. num. 22.* Bart. *d. loc. num. 13. & 19.* Pract. Ferrariens. *d. loc. sub. num. 12. & 13.* Obrecht. *d. loc.* à quo aliàs quatuor hæc cumulationum genera transponuntur, sicuti & à Zasio *in d. §. fin. minus. num. 18.* factum videmus. Castrens. *d. loc.* ubi dicit.

In secundo & tertio genere, ubi est identitas causæ, etiam si sit diversitas rerum, non admittitur cumulatio; quia subest una regula prohibitiva. In primo verò & ultimo genere, ubi est diversitas causarum, etiam si sit identitas rei, potest admitti cumulatio, si est dare casum, in quo nulla subest regula impeditiva.

Sec



de actione injuriarum æstimatoria.

Sed in præcedentibus duobus (in secundo & tertio genere, semper subest una, quæ habet impedire, quod non est in istis duobus.

Quarto notandum, de jure Justinianéo causas & actiones esse vel civiles vel criminales. Civilis dicitur actio, quando principaliter ad commodum agitur privatum.

Marant. in spec. aur. part. 4. distinct. 1. sub. n. 2. Jul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. quest. 1. num. 2. Bened. Carpz. pract. criminal. part. 3. quest. 102. num. 28.

ubi videlicet quis persequitur quod sua interest, sive agatur ad id, quod nostrum est, aut nobis debetur; sive ad pœnam agenti applicandam.

Zanger. de except. part. 1. cap. 1. Criminalis appellatur, quæ tendit ad publicam delicti vindictam, ubi pœna est vel corporis afflictiva, vel Pecuniaria, fisco tamen applicanda non Actori.

arg. l. 19. locatio. §. 5. D. de publican. Marant. d. loc. Zang. d. loc. num. 39. Carpzov. d. loc. num. 29.

Quintò notandum, jure Saxon. causam & actionem pro criminali non habendam, nisi ex quâ pœna corpori delinquentis infligenda venit, wenn die Klage gehet zu Haut vñnd Haar

Matth. Coler. part. 1. decis. 22. num. 2. Fachl. differ. 13. per art. 53 LandR. lib. 1. Wesenb. par. Dig. de privat. delict. in fin. Carpzov. d. loc. num. 48. & 55.

Sextò notandum, actionem & causam criminalem, actionem itidem seu causam pœnalem pro unâ eademque accipiendam non esse, sicque hujusmodi terminos non esse convertibiles; potest enim esse actio pœnalis, quæ non est criminalis, quod fit ubi Jure Justinianéo, pœna parti læsæ, vel Jure quoque Saxoni-co pœna pecuniaria fisco, aut piis usibus applicatur.

Septimò notandum, actiones, quæ de jure civili criminales vocantur, in vernacula lingua **Peinliche Klagen** indistinctè & propriè appellari non posse, cum verbum criminale largius sit apud Latinos, quam **Peinlich** apud Germanos.

Frider. de process. extrah. lib. 1. cap. 9. n. 22.

Saxonum verò jure criminales actiones non dicuntur, nisi quæ vernaculâ lingvâ **Peinlich** appellari queunt.

B 3

Carpzov.

Carpzov. d. loc. num. 51.

quamvis illo jure actio pœnalis vnd eine peinliche Klage pro re eadem accipi non possint. Jure igitur Saxon. actio, quæ criminalis seu Peinlich appellari nequit, pœnalis esse potest.

8. Octavo notandum ante Constitutionis Electoralis 42. part. 4. promulgationem, in foro Saxonico actionem injuriarum æstimatoriam civilem non fuisse in usu, sed pœnam duntaxat Saxoniam triginta nimirum solidorum habuisse locum: idque vè haud obscure ex d. Constit. liquet, ibi: **Nach dem wir dann erinnert/ daß in Sächsischen Rechten eine ganz geringe Straffe/ als nicht mehr denn dreyszig Schilling auff die Ehrenschänder geordnet / vnd mancher ehrlicher Mann vnserer Lande biß anhero Abschem getragen/ sich Ehren. Sachen halben in Rechtfertigung einzu lassen/ Wir gleichwol auch bey vns erwegen / daß der ordentlichen Obrigkeit gebühret / Ehrliebenden Leuten durch geordnete Straffe ihrer Ehren ergezung zu thun/ &c.** Nam si & ante d. Electoralem Constit. injuriam sibi illatam æstimare, pœnamque 30. solidis majorem petere auctori licuisset, Melitide sanè fuisset stultior, qui spretâ actione æstimatoriâ civili ad mulctam Saxoniam agere maluisset. Et Saxonum jure injuriarum pœnam 30. solidorum fuisse, siue injuriam passus civiliter, siue criminaliter egerit, etiam in injuria viro honorato & nobili ab homine plebeio illata, docent

Wesenebec. parat. Dig. de injur. num. 17. Reusner. lib. 2. conf. 20. num. 78. Vid. Zobel. part. 4. Diff. jur. civ. & Saxon. diff. 7. num. 12. & 19. qui d. num. 12. tradit.

eo de jure injuriam æstimare frustraneum esse: siquidem Leges Saxonice certam pœnam statuerunt, ultra quam pars rea non possit condemnari. Siqve pro injuria sibi illata majorem quis pœnam siue emendam petat, quam jure Saxonico sit constituta, tunc utraqve cadat.

Zobel. d. loc. num. 13.

Idem docet Modest. Pistoris, daß nemblichen das Sachsen Recht kein andere Straffe / als die zwey alte Schock ordnet/ man Klage nun Peinlich oder Bürglich / so könnte

Könnte der Kläger durch sein Klagen die Sache nicht grösser machen / denn sie das Sachsen Recht achtet / man könnte ihm auch nicht mehr Straffe zuerkennen / denn das Sachsen Recht darauß verordnet.

Modest. Pistor. lib. 1. consil. 62. num. 12.

Imò nec d. Constitutione Elect. 42. part. 4. actionem injuriarum æstimatoriam concedi apparet ex traditis Wesenbecii in parat. d. loc. sub num. 18. vers. existimo tamen. ubi docet; quod si injuriatus tenuis malit pro illata injuria multa Saxonica sibi satisfieri, tunc ei nihilominus hanc esse adjudicandam, nec id quod per d. constit. Electoralem in ejus favorem sit inductum, retorqveatur in odium. Si igitur secundum Wesenbecii doctrinam etiam post promulgatam constitutionem Elect. 42. injuriam passus, qui pœnam pecuniariam magis quàm palinodiam consequi vult, ad emendam Saxoniam 30. nimirum solidorum agere qveat & debeat, proindè non obscure sequitur, Wesenbecium satis innuere, nec jure Electorali Saxonico actionem injuriarum æstimatoriam civilem locum habere, sed actori incumbere aut ad palinodiam & multa arbitrariam fisco vel judici applicandam, seu graviolem in d. Constit. 42. expressam experiri pœnam; aut ad emendam Saxoniam 30. solidorum sibi adjudicandam. Quod verò moribus hodiernis actio injuriarum æstimatoria civilis in judiciis admittitur, id magis usu ac consuetudine, quàm expressa Electorali permissione aut constitutione inductum videtur.

Notandum nonò, Justinianeo de jure prout s. innuimus, recantatoriam actionem seu ad Palinodiam, ut vocant, (quã pro restitutione famæ & honoris, uti Dd. Neoterici loquuntur, in injuriarum causa reus condemnari petitur ad revocandum, dissonandum, profitendumqve, id, quod de actore malè & ad infamiam ejus profudit indigna famæ rosione, ore mendaci esse egesta,) prorsus incognitam fuisse, eamqve longo demùm intervallo inolevisse, ac uno aut altero seculo vix elapso usu forensi & moribus receptam esse. Hinc Martinus Uranius alias Prenninger in præclaro Tubingensi Gymnasio pontificii juris Doctor ordinarius in consilio Anno 1493. conscripto sequentia tradit:

9.  
Quod

Quæstio Juridica singularis

Quod cum dupliciter de injuria agi possit civiliter & criminaliter. Civiliter ad æstimationem injuriæ solvendam injuriato per injuriantem. Criminaliter autem ad vindictam publicam, utpote pœnam extraordinariam arbitriò judicis infligendam. Nec alicubi inveniatur jure cautum quod competat actio injuriarum ad restitutionem famæ seu honoris, neque aliquem Doctorem illustrem unquam legerim, qui de hac materia scribens tradiderit, injuriarum actionem competere ad restitutionem honoris vel retractationem verborum injuriosorum; neque speculator aut alii Practici libellos in actione injuriarum formantes egerint ad hoc, sed solum ad æstimationem, vel criminaliter ad pœnam extraordinariam infligendam, videtur mihi ineptè agere, qui actionem injuriarum intentat ad honoris vel famæ restitutionem vel verborum injuriosorum revocationem, atque sic agentem non esse audiendum. Per quæ præmissa & multa alia, quæ longa ac sæpius repetita disputatione deduxi, transiverunt in meam hanc sententiam & officialis & venerabile collegium Advocatorum Curiaë Constantiensis. Hactenus Uranius

Uran. tom. 1. consil. 7. num. 26.

Quæstio.

His præmissis dispiciendum erit, utra opinio in puncto juris sit verior, inque judicando & pronunciando retinenda? Quæritur igitur: Utrum Actio ad palinodiam seu recantationem cum Actione injuriarum civili seu æstimatoria, in uno eodemque libello cumulari, & ab Actore peri possit, ut Reus non tantum in einen Wiederruff/sondern auch Klägern die zugefügte Injurien/mit der im Libell gesetzten æstimation zu verbüßen/vnd ihm solche abzu tragen/condemnari debeat?

Rationes dubitandi pro affirmativa.

Pro affirmativa sequentes rationes satis speciosæ possunt adduci.

I. Quod Actionum cumulatio regulariter concessa & permessa sit: est enim non de genere prohibitorum, sed permissorum, ac nullibi reperitur prohibita.

Gl. & Dd. in l. edita. C. de edend. Bart. ibid. num. 14. Aug. Aret. in §. si minus. num. 16. Instit. de action. Dyn. in cap. nullus pluribus. num. 19. in fin. d. R. 7. in 6. & ibid. Molin. in addit. lit. M.

Schneidvv.

de actione injuriarum æstimatoria.

Schneidvv. in §. *sin minus*, num. 16. Instit. de actionib. Zas. ibid. sub num. 12. Felin. in cap. *significantibus* num. 21. de libell. oblat. Schrader. tract. feud. part. 9. cap. 7. num. 145. Gravet. tract. consil. 16. sub num. 8.

& communiter conclusum esse, quod actionum cumulatio sit permissa, dicit

Zas. in §. *si minus*, num. 12. Instit. de action. Gail. lib. 1. observ. 63. pr. & ibid. Græv. sub num. 2.

Imò cumulationem non duntaxat tacitè, sed & expressè permis- sam esse, putant Dd. per

*l. fin. cum ibi notat. C. de annal. except. l. 11. si idem D. de juris- dict.*

in qua lege optimum nos habere cumulationis exemplum tra- dit

Zas. d. loc.

2. Quia plures civiles actiones in eodem libello rectè cu- mulantur

Frider. de cont. causis, cap. 10.

Actionem autem ad palinodiam esse civilem probant, quod ab actore in ea petatur sibi, quoad læsum honorem satisfieri, quod proprium sit actionum civilium.

Wesemb. part. 5. consil. 239. num. 18.

& aliàs opinio sit communis, hanc actionem non criminalem, sed civilem esse, quam tuentur

Gail. lib. 1. obs. 65. num. 5 & ibid. Bern. Græv. num. 11. Mynsing. cent. 2. obs. 98. num. 1 & 15. Gilhaus. in arb. jud. crimin. cap. 2. tit. 34. §. 7. num. 13. Beust. ad *l. nam posteaquam. §. si damnetur*, num. 14. *D. de jurejur.* Wesemb. par. Dig. de injur. sub num. 18. Idem consil. 22. part. 1. num. 18 & consil. 239. num. 16. Matth. Stephan. cent. 4. quest. 36. lit. B. Vult. d. cap. 19. lib. 2. num. 53. Treutl. vol. 2. disput. 30. th. 7. lit. A. Era Cothm. vol. 2. consil. 82. num. 100. & vol. 3. consil. 4. num. 36. Nicol. Reusn. lib. 2. consil. 20. sub num. 7.

Imò in Camera receptum est Imperiali, non criminale, sed judi- cium esse civile, quando ad palinodiam sive recantationem agi- tur, uti tradunt

C

Barth.

Quæstio Juridica singularis

Barthol. Blarer. *in repetit. L. Diffamari in arg. illius leg. sub num.*

4. & Gail. *d. obs. 65. num. 5.*

hâc addita ratione, quia ibidem quotidiè libelli injuriarum palinodiam petentes recipiantur & admittantur, quod fieri nequireret, si actio esset criminalis; cum vigore ordinationis Cameralis nulla causa criminalis (exceptâ fractæ pacis publicæ) illic agitari possit, aut debeat. Quod verò actio injuriarum recantatoria, æquè ac æstimatoria civilis in Imperiali Camera recipiatur, apparet

ex part. 2. Ordin. Camer. *tit. 28. § vnd sonderlich setzen/2c. vers. doch sollen die Sachen Injuriarum &c.*

3. Quia actio æstimatoria & ad palinodiam non ad idem, sed ad diversa tendant: æstimatoria actio ad vindictam & pœnam

Gail. *lib. 1. obs. 62. num. 2. Farinac. part. 3. de var. crimin. quest. 105. in spec. 2. num. 27. Surd. decis. 89. num. 10.*

recantatoria verò non ad pœnam, sed ad famæ solummodò honorisqve restitutionem

Wes. *part. 6. consil. 251. num. 76. Wurms. in pract. forens. lib. 1. tit. 9. obs. 8. Berlich part. 5. Concl. 62. num. 10.*

4. Hinc actiones injuriarum & Legis Aquiliæ, cum ad diversa intentantur, in eodem possunt cumulari libello

Specul. *tit. de injur. §. 1. Dd in l. dominum. C. de injur. Wesenb. parat. Dig. de injur. sub num. 14. Speckhan. cent. 1. quest. 66. num. 4.*

Quam opinionem in Camera receptam esse Imperiali asserit

Gail. *1. obs. 63. num. 9. Mynsing. cent. 1. obs. 25. Speckhan. d. loc.*

Proindè honoraria quoqve emenda seu deprecatio à vulnerante faciendâ cumulari potest æstimationi damnorum & expensarum, ut ita vulnerans jure constringatur, præter solutionem damnorum ac sumtuum, injustè se vulnera afflixisse, veniam deprecando confiteri

Aym. Cravet. *part. 3. conf. 474.*

5. Sic contra vasallum atroci dominum feudi injuriâ verbalis afficientem, non saltem ad privationis feudi pœnam, sed & ad palinodiam rectè agitur

Lud.

de actione injuriarum æstimatoria.

Lud. Schrader. de feud. part. 2. part. 9. princ. sect. 6. num. 51.  
& quidem ita, ut competens ad injuriæ revocationem actio, cum  
ea, quâ ad privationis feudi poenam agitur, in uno eodemque  
possit institui ac cumulari libello

Schrader. d. loc. in fin.

6. Quia cum criminali actio recantatoria accessorie rectè  
proponitur & cumulatur in libello eodem

Nic. Reusn. lib. 2. consil. 20. sub num. 26. vers. præterea

Si igitur actionem recantatoriam cum criminali majus præjudi-  
cium inferente cumulare licitum, multò magis eam licebit  
conjugere cum actione civili, quoniam iudicio civili majus  
semper reputatur iudicium criminale

l. fin. C. de ordin. judic. l. 1. C. de appellat.

7. Quia actio merè persecutoria rei & merè poenalis se invi-  
cem non tollunt, ac proinde rectè cumulantur. Quod autem  
merè poenalis non consumatur aut tollatur per merè persecuto-  
riam rei concurrentem, docent

l. 12. ancille. cum §. C. de furt. l. 29. si sacculum. D. de pos. l. 3. si  
depositi. C. eod. l. 45. rei communis. D. pro soc. l. 42. si locatum. D.  
de locat. conduct. l. 10. si liberam. C. quod cum eo qui in alien. potest.  
l. ult. C. de noxat. act. l. 7. si pro fure. §. 1. D. de conduct. furt. l. 34.  
qui servum. §. 2. hinc D. de obligat. & action.

Jam verò actio injuriarum æstimatoria est merè poenalis, cum  
tendat ad vindictam & poenam

Gail. l. 1. obs. 62. num. 2. Surd. decis. 89. num. 10.

Recantatoria autem merè persecutoria rei est, cum ea non aga-  
tur ad poenam, sed ad famæ duntaxat honorisque restitutio-  
nem

Wesemb. part. 6. consil. 251. num. 76.

8. Cum in Constit. Elect. Saxon. 42. part. 4. Palinodia tan-  
quam civile quid à poena criminali separetur, in verbis: **Darü-**  
**ber aber vnd darneben** / 26. cum itaque utraque locum habeat,  
utraque criminalis esse nequeat.

C 2.

We-

Wesenb. d. loc. sub. num. 18. Mynsing. cent. 2. obs. 98. num. 9.  
& 10.

9.

9. Imò in d. Const. Electoral. 42. expressè sancitur, quod reus injuriarum actione pulsus, non solum ad palinodiam, sed praeterea pro circumstantiarum qualitate ad exsolvendam poenam pecuniariam condemnari debeat, ibi: Dem Beschweren vñ Injurierten Theil/nach Befindung der Unschuld/einen öffentlichen Wiederruff für Gerichte zu thun/schuldig seyn sol / darüber vñnd darneben sol auch solcher muthwilliger Schänder vñd Injuriaat willkürlich mit einer hohen Geld-Busse gestraffet werden. Cum igitur vocabulum Geld-Buß generaliter hoc loco sineque ulla restrictione ponatur, proindè tam de poena pecuniaria, quæ parti laesæ, quàm quæ fisco seu judici applicatur, accipiendum erit: Maximè cum verbo Geld-Buß/Saxonum de jure communiter ac proprie ea, quæ parti adjudicatur, pecuniaria veniat poena.

LandR. lib. 2. art. 6. princ. & art. 16. lib. 3. art. 43 & 45. LehenR. art. 69. num. 3. Gl. german. ad LandR. lib. 1. art. 68. num. 4. 6. & 7. Schneidvv. ad §. 7. poena autem num. 15. & seqq. Instit. de injur. Coler. decis. 161. num. 16.

Hinc Wette vñd Busse ita distingvuntur, ut illa judici seu fisco applicetur, hæc verò parti seu actori

LandR. lib. 3. art. 32. ibid. auff wen der Kläger Wehr-Geld oder Busse gewinnet/ für Gerichte / auff den hat auch der Richter sein Gewette gewonnen / obers fordern wil / Sent. post. LandR. tit. von Wette vñd Busse. Wehner. in pract. observ. tit. Busse / fol. 68.

10.

10. Accedit, quod in Ordinat. Appellat. anno 1605. in Electoratu Saxonico promulgatâ disponatur: Was aber gleichwol Injurien Sachen seynd/darinnen allein auff einen Wiederruff vñd eine Geld-Busse geklagt wird / die sollen in vnserm Appellation. Gericht auch gerechtfertiget werden.

Appellation. Ord. tit. Wer vor vnser Appellations Gericht geladen / ic. §. Jedoch allein / was Bürgliche Sachen seynd.

ii. Et



11. Et hanc cumulationem admittentem opinionem videtur injuriarum suadere crebritas. Viros enim præstantes à criminosis ac vilissimis hominibus frequenter diffamari ac contumeliâ aspergi, experientia testatur.

Barthol. Blater. in arg. L. Diffamari sub num. 4.

Delicti verò propter frequentiam hominumque ad illud committendum inclinationem, poenapro delicto minori potest imponi major.

gl. in can. admonere. 33. quest. 2. & gl. in can. propositio. 27. quest. 1.

Everhard. in top. loc. ab effect. num. 6.

Sicque conviciatores quovis odio sunt digni, cunctisve modis compescendis; imprimis cum revocationem homines leves floccipendere soleant.

12. Quia actionem injuriarum & æstimatoriam civilem æque ac criminalem permittit jus Cæsareum scriptum: Palinodia verò favore actoris ob honoris & famæ læsæ restitutionem in Rei odium est usu introducta, ut videlicet quoad honorem, famam & existimationem restituatur injuriatus. Idque necessarium videtur, licet actio injuriarum ad vindictam civiliter aut criminaliter in judicium sit deducta. Actiones autem ex jure diverso originem trahentes sive sint civiles, sive criminales, sunt comparibiles, ac proinde rectè cumulantur.

Jul. Clar. lib. 5. sentent. §. ult. quest. 1. num. 2. circa fin. vers. sed si interesse parvis. Boss. in pract. crimin. rubr. de appellat. num. 8. post. princ. Tusch. tom. 2. tit. C. conclus. 1083. num. 9. & 10.

Hinc Constit. Elect. 42. part. 2. sancitur generaliter, quod illatam injuriam reus revocare & Palinodiam præstare teneatur, nullâ adhibitâ distinctione, sive actio civiliter, sive criminaliter sit instituta.

13. Accedit, quod jure Saxonico is, qui violenter ac præter jus aliena bona occupat, eorumve possessionem invadit, condemnari queat, non duntaxat ad rei ablata restitutionem, sed & ad emendam actori præstandam, multamque judici solvendam. Nam d. jure Saxon. disponitur: **Wes sich ein Mann mit unrechter Gewalt unterwindet, so muß es mit Wette und Busse jenem wieder geben.**

C. iii

Land R.

Quæstio Juridica singularis.

*LandR. lib. 3. art. 43. princ. & art. 47. junct. art. 32. in fin. d. l. 3.*  
*Weichb. art. 29. in gloss. num. 10. Matth. Coler. de process. execut.*  
*in prefat. num. 14 & 16. part. 1. Decis. 125. Christoph. Zobel. part.*  
*4. diff. 15.*

Unde apparet, jure Saxonico violenter bona aliena, five mobilia five immobilia, occupantem ita puniri, ut rem restituat ablatam, mulctam præstet judici, & emendam seu pœnam pecuniariam triginta videlicet solidorum ei, cui vim intulit, solvat.

*Coler. part. 1. decis. 155. num. 4.*

Sicque à juris Saxonici dispositione non esse alienum, ut reus ad rei restitutionem condemnatur & insuper ad emendam seu pœnam pecuniariam actori applicandam.

14.

14. Quia cumulationem admittens opinio est communis: à communi verò opinione non est recedendum, sed ea indubio retinenda, siquidem communis opinio pro lege re ipsa habetur.

*Frider. Viv. lib. 1. decis. 34. num. 29.*

Unde secundum communes opiniones tenentur judices pronunciare.

*Sich. ad Auth. Sacramenta puberum. num. 18. C. si advers. vendit.*

Communem autem esse opinionem, cumulationem æstimatoriæ & ad palinodiam actionum admittentem, patet ex

*Gail. lib. 1. obs. 68. sub num. 5. & ibid. Bern. Grav. n. 12. Mynf.*

*cent. 2. obs. 98. num. 10. Beust. ad l. nam posteaquam. §. si damne-*

*rur. num. 14. D. de jurejur. Vult. lib. 2. Jurispr. Rom. cap. 19. n. 53.*

*& ad §. 7. pœna. Instit. de injur. Harpr. ad §. 10. in summa. num.*

*70. §. de injur. Speckhan. cent. 1. quest. 66. num. 5. Treutl. vol.*

*2. disp. 30. th. fin. lit. A. Matth. Stephani. cent. 4. quest. 36. sub lit. B.*

15.

15. Quæ opinio communis eò magis videtur retinenda, quod in Summi Principis Consistorio observatur. In Camera enim Imperiali cumulationem admitti, & valere libellum, in quo Actor cum reclamatione æstimationem injuriæ conjungit, testantur.

*Gail. de obs. 65. sub num. 5. 6 & 8. Mynf. d. obs. 98.*

16.

16. Et secundum hanc communem opinionem in Electoratu Saxon. pronunciatum. 1. A. Facultate Jurid. Lips. an T. A. ibi:  
**Seyd ihr wieder N. H. S. Eheweib vor der Stadt Gerichten zu N. wegen erzlicher von ihr außgegoßenen Injurien**  
**Klag.**

Klagbar worden/vñ habt in ewrem vbergebenen Klag Libell vff einen Wiederruff vnd gewisse aestimation der angelegten Injurien ewer Abschen gehabt / vnd also dieselbe cumulirt vnd zugleich gebeten/es wil aber ewer Gegentheil diese cumulation nicht zulassen. Ob nun wol vorgewendet wird/das die actio recantatoria criminal sey/euch gleichsam zweyerley Straffe durch den Wiederruff vnd auch die Geld Busß von euch /als Klägern/gefordert wird/vnd daher die cumulatio nicht Statt finden könne. Dennoch aber vnd dieweil nach bewährter Rechts Lehrer Meynung die Actio revocatoria nicht für Peinlich/sondern Bürgerlich zu achten / die cumulatio revocationis vnd aestimationis injuriarum weder in gemeinen Rechten/noch in Churf. S. Constitution verboten/auch eine action die andere nicht auffhebet/sondern bey einander wol cumulirt werden können/vnd diversos fines haben: So ist demnach ewer Klag Libell zu Recht Kräftig/vñ mag dahero dasselbe von Beklagten mit Bestande nicht angefochten werden / 2. A Facultate Juridica Wittenberg an T. A. Anno 1634. ibi. 20. habt ihr wegen ezlicher außgegoßenen Injurien wider N. H. S. Eheweib eine peinliche Injuren - Klag angestellet / hernach aber/als Beklagte sich darauff nicht einlassen wollen/vnd vnterschiedliche interlocutorien erfolget / diese Klage vor Angelobung der Gewähr vnd litis contestation, so viel die petition betroffen/ geändert / vnd die Injurien vff eine gewisse Summa Geldes aestimirt, auch darnebens zugleich vff einen Wiederruff gebeten / vnd also actionem civilem injuriarum cum recantatione cumulirt nach mehrern Inhalt ewers Berichtes

Ob nun gleich ezliche Rechts Lehrer der Meynung seynd/das solche cumulatio füglich nicht geschehen möge/dennoch aber/vñ dieweil dieselbe nirgend verboten/ Churf. Sächs. Constitution von Injuren general ist / ewre jetzige petitiones auch ad diversa gerichtet / vñ neben einander wol stehen können: So erscheinet daraus  
vnd

vnd andern von euch angeführten Ursachen so viel/  
 Das auch nach gemeinen vnd beständigen Wahn der  
 Rechts Lehrer dergleichen Klaglibel zu Recht zulässig/  
 lich / vnd do sonst darinnen kein Mangel befindlich/  
 Daher nicht zu verwerffen

3. In Curia Electorali Lipsiensi Term. Trin. 1635. in caus.  
 T. A. cont. H. S. ux. ibi: Das Appellat seines Vorwendens  
 ungeachtet vff die verbesserte Klage sich einzulassen /  
 vnd zuantworten schuldig / 2c.

*Rationes de-  
 cidendi pro  
 negativa.*

Quamvis verò hæ rationes non exigui ponderis esse videantur,  
 primoque intuitu aliquem, ut affirmantium castra sequatur, faci-  
 le movere queant. Retamen accuratius, & naturâ cumulatio-  
 nis actionum probè perpensâ, examinatis quoque principiis seu  
 regulis hanc circa materiam ab Interpp. traditis & receptis, di-  
 cendum potius; cumulationem actionis ad palinodiam & inju-  
 riarum æstimatoriæ admittendam penitus non esse, sequentes  
 ob rationes.

1.

1. Quia actiones plures, quæ Ex EADEM CAUSA, ad diversa  
 licet, proponuntur, cumulationem non admittunt: in hoc enim  
 genere cumulationem actionum prohibitam esse, supra in prælu-  
 dio demonstravimus, idque disertè docent

Cyn. in l. edita. C. de edend. num. 22. Bartol. ibid. num. 19.

Paul. de Castr. ibid. Zas. in d. §. si minus num. 18. Instit. de action.

Dyn. in cap. nullus pluribus sub num. 31. de reg. jur. in 6. Obrecht.  
 de concip. & form. libell. c. 24. num. 9. Gail. d. obs. 63. num. 1.

Speckhan. cent. 1. quæst. 66. num. 14 & 15. Ferrariens. in pract.  
 formul. libell. in act. real. verb. salvo jure sub num. 13. Emer. à  
 Rosbach. in prax. civil. tit. 34. num. 21.

At actio ad palinodiam & injuriarum æstimatoria, licet sint di-  
 versæ ad diversa tendentes (quod dubio tamen prorsus non ca-  
 ret, uti 7. dicitur) attamen eas ex eadem causa originem trahere,  
 unam eandemque obligationem præsupponere indubium est.  
 Ubi verò plures nascuntur ex unâ obligatione actiones, unâ tan-  
 tummodò, non omnibus est utendum.

l. 53. plura delicta. in fin. princ. D. de obligat. & actionib.

Quæ

de actione injuriarum æstimatoria.

Quæ unica ratio ad repudiandam opinionem affirmativam  
satis prægnans videtur & sufficiens.

2. Quia actionum cumulatio non procedit, ubi ejus sunt  
naturæ, ut absolutoria in una lata, rei judicatæ exceptionem pare-  
re possit in altera.

*Dyn. in d. cap. nullus pluribus. sub num. 12. de reg. jur. in 6. Gl. in  
§. si minus. Inst. de actionibus. & ibid. Zasius. Bart. Castrens. in  
d. l. edita. C. de edend. Gilcken. ibid. sub num. 157. Schneidvv.  
in d. §. si minus. Inst. de act. num. 18. Rosbach. in prax. civil. tit.  
34. num. 18. Zang. de except. part. 2. cap. 19. num. 6.*

Jam verò constat injuriam passo in actione æstimatoria succum-  
benti actionem postmodum ad reclamationem instituere non  
licere, ob autoritatem videlicet rei judicatæ, quæ agenti obstaret.  
Nemo sanè asseverabit, quod reus in actione injuriarum æstima-  
toria absolutus, actione ad palinodiam quæat pulsari denuò. U-  
traque enim actio non solum ex eodem facto, eodem delicto:  
sed & ex eadem causa, eademque obligatione originem trahit,  
ac eodem prorsus medio concludendi seu petendi causâ nititur.  
Licet verò in actione ad palinodiam alia res peti videatur, at  
cum utrobique eadem quæstio, in priori judicio & processu defi-  
nita, easdem inter personas revocetur, id est, cum in posteriori ju-  
dicio disceptandum veniat, quod in priori per sententiam fuit de-  
terminatum, rei judicatæ exceptione Actor merito repellitur,  
uti ait

*Zanger. de except. part. 3. cap. 17. sub num. 28.*

3. Quia actiones captiosæ quibus Actor duplicem satisfac-  
tionem ex eadem obligatione consequitur cumulari neque-  
unt

*Frider. de contin. causis. cap. 10. num. 13.*

Hinc actio ex constituto cum actione principali, licet hæc ex di-  
versa causa originem trahant, in eodem libello non admittunt  
coacervationem

D

Bart.

Quæstio Juridica singularis

Bart. in l. edita C. de edend. Zas. in §. fin. minus num. 18. Instit. de action. Zanger. part. 2. de except. cap. 19. sub num. 21.

Idque non solum in actionibus, quæ ex contractibus oriuntur, sed & in iis, quæ ex delicto proveniunt, locum habet. Nam actiones ad duplicem ejusdem delicti vindictam seu poenam actori applicandam tendentes cumulari non possunt

Friider. d. loc. Wesenb. par. Dig. de injur. sub num. 14. Gail. lib. 1. obs. 60. sub num. 5. Schneidvv. in §. in summa num. 1. in fin. Instit. de injur.

Quod autem per actionem injuriarum æstimatoriam æquè ac per actionem recantatoriam satisfactionem consequatur actor, est indubium ac penes omnes in confesso. In actione enim æstimatoria poena vel injuriarum æstimatio ab Actore mediante Judicis moderatione, parti læsæ seu Actori applicatur

Wesenb. par. Dig. de injur. sub num. 14. & 18. Treutler. part. 2. disp. 30. th. 6. lu. H. Gail. lib. 2. observ. 65. sub num. 2.

Harpr. ad §. 10. in summa. num. 2. & 3. Instit. de actionib.

Sic & in actione recantatoria ad satisfactionem injuriæ Actori applicandam reus condemnatur, hoc est, ut recantet opprobria & fateatur se injustè injuriam dixisse

Gail d. loc.

Recantatio enim secundum Dd. tradita ad famæ & honoris restitutionem tendit

Wesenb. part. 6. consil. 251. num. 76. Wurmsler. in pract. forens. lib. 1. tit. 9. obs. 8. Berlich. part. 5. concl. 62. num. 10.

& est satisfactio honoris injuriati

Wesenb. d. loc. num. 76.

Hinc Blarerus dicit, in actione verborum injuriosorum revocatoria satisfactionem injuriæ fieri parti, sicuti & quando poena pecuniaria parti applicatur

Blarer. in L. Diffamari in argument. illius leg. sub num. 4.

Cæterum hinc licet urgere quis queat, per utramq; quidem actionem reo satisfieri, sed modo diverso, cum alterâ, puta æstimatoriâ poena pecuniaria, alterâ verò ad palinodiam videlicet nihil poenæ, sed solummodò honoris satisfactio petatur. Nihil tamen

id

id refert, cum regula cumulationem hoc casu prohibens generaliter à Dd. concipiatur, ac negari nequeat, utramque actionem ex facto & negotio, seu delicto eodem unâ eademque causâ & obligatione oriri, quæ aliàs cumulari non possunt, prout supra deduximus. Deinde constat utraque actione non diversis, sed uni eidemque satisfactionem præstari. Equidem non tantum per actionem ad palinodiam, sed & per æstimatoriam famæ & honori injuriati, modo licet diverso, epitimia utrobique manente consulitur; quod per se tritum & planum est. Sequeretur aliàs, si injuriam passus actionem æstimatoriam intentaret ac victoriam reportaret, nihilominus honori ipsius & famæ satisfactum non esse, quod dicendum haut foret, **vnd Kan der injurirte Theil / so in æstimatoria actione obtinirt, vor Keinen gescholtenen Mann gehalten werden.** Verum itaque est, non saltem per actionem ad palinodiam, sed & per injuriarum æstimatoriam famæ ac honori actoris satis prospici. **Das also in beyderseits actionibus der Kläger seiner Ehren vnd existimation ein Gnügen gethan / nisi dicendum, actionem injuriarum æstimatoriam intentantem, in eaque victoriam reportantem, honore & famâ nihilominus periclitari, quod sanè foret absurdum.** Ut taceam, per injuriam illatam famam & honorem injuriati revera læsum non esse, epitimiamque manere, uti paulò post demonstrabitur.

Tertiò dicendum videtur, actionem ad palinodiam pro pœnali esse habendam; non dico criminali, sed Pœnali, quàm plurimæ enim actiones sunt pœnales, quæ tamen non sunt criminales, uti supra innuimus. Actionem verò ad palinodiam pœnalibus adnumerandam esse, sequentia probant. Notum est, quod omnes actiones quocumq; nomine veniant, pro varietate & qualitate eorum, quæ actionibus petuntur, dividantur, in rei persecutorias tantum, in merè pœnales & pœnales mixtas

§. 16. sequens. Inst. de act. ubi Dd.

Nam omne, quod actione petimus, vel res est, vel pœna, vel partim res, partim pœna. Persecutoria rei est, quâ persequimur id, quod è patrimonio nobis abest

l. 35. in honorariis. vers. illa autem. D. de obligat. & action.

## Quæstio Juridica singularis

Idque sive sit nostrum ac possideatur ab alio, sive nobis debeatur. Hinc actiones rei persecutoriae aliae in rem sunt, aliae in personam: siquidem duae sunt actionum causae, jus, quod in re habemus, & obligatio. Ex illo oritur actio realis, ex hac personalis. Personales porro actiones quaedam ex contractu vel quasi, quaedam ex delicto vel quasi oriuntur: Illae ferè omnes rei persequendae causam comparatae videntur

*§. 17. rei persequendae. vers. earum verò. Inst. de action. gl. in §. sequens. eod. tit.*

Ex delicto autem quamvis actiones quoque merè persecutoriae rei concedantur: illae tamen dicuntur, quibus meram rem, quae ex patrimonio nobis ob delictum rei conventi abest, vel meram nudamque aestimationem, si res non possit praestari, citra ullam poenae figuram persequimur. Sed haec utrum descriptio actionis merè rei persecutoriae ex delicto descendens, actioni ad reclamationem seu palinodiam competat, dubitatur haut immerito: ea enim neque res, quae nobis è patrimonio abest, neque ejus aestimatio petitur. Dici etenim nequit, quod injuriam passus, maximè eam, actione licet aestimatoria, legitimè vindicans, honore ac existimatione careat, quae per palinodiam ipsi demum restituenda sit. Siquidem fama, existimatio & honor aliter non amittitur, nisi proprio delicto, dolo & malitia, minimè verò aliam ob causam: ac proinde per improbas maledicas & virulentas hominum quorundam malefactorum diffamationes, infamationes vel injurias illatas nullius fama seu existimatio laeditur, imminuitur aut amittitur

*Speckhan. cent. 2. class. 3. quæst. 8. num. 7. & seqq. Marq. Freher. de fama. lib. 2. cap. 10. num. 2 & 6.*

Hinc movent Dd. & practici, libellum in actione injuriarum ab Advocato cautè concipiendum esse, scil. quod reus conatus sit, quantum in se suis, honorem & famam Actoris violare & pessundare: non quod Reus honorem, famamque Actoris violavit vel maculavit. *Das Beklagter sich vnterstanden / so viel an ihm gewesen / Klägern an seinen Ehren zu schmähen / non verò: Das Beklagter Klägern an seinen Ehren geschmähet*

*Freher d. lib. 2. cap. 10. num. 6. in. fin. Daniel Möller. ad Const. Elect.*



de actione injuriarum æstimatoria.

*ad Const. Elector. 42. p. 4. n. 6. Speckhan. d. loc. num. 18. Berlich. part. 4. conclus. 65. num. 26. & seqq.*

Sin igitur per injuriam Actori illatam, ejus honor, fama aut estimatio revera non sit amissa, qv̄i dici poterit, eam per recantationem demum restitui? Unde sequitur, famam & honorem actione injuriarum ad palinodiam instituta, instar rei, qv̄æ nobis è patrimonio absit, peti minimè posse, ac proinde palinodiam, cum non rem, qv̄æ nobis è patrimonio absit, concernat, aliquid aliud respicere, qv̄od sanè nil præter pœnam esse poterit. Hinc Ern. Cothmannus dicit, licet actio injuriarum ad injuriæ revocationem intentata civilis sit, eam tamen ad actiones criminales qvoad reum qv̄amproximè accedere, & ad vindictam esse directam.

*Cothm. vol. 1. respons. 82. num. 101.*

Satis itaqv̄e hinc apparere auctore, actionem ad palinodiam pro merè persecutoria rei vix habendam, sed eam pœnalem esse.

Cui enim non competit definitio, eidem nec definitum. Atqv̄i actioni ad palinodiam actionis merè persecutoriæ rei definitio non competit, uti jam deductum est. Ergo & nec definitum. Sicqv̄e actio ad recantationem instituta, non tam pro merè persecutoria rei, qv̄in potius pœnali factum & delictum puniente habenda est. Qvam opinionem approbat

*Consil. Altorfin. 38.*

Et ab ea haud alienus fuisse videtur Serenissimus Elect. Saxoniæ D. Augustus felicissimæ recordationis: Palinodiam namqv̄e ab eo pro pœna reputatam, & sic actionem recantatoriam inter pœnales relatam esse, aperte liquet ex *Constit. Elect. 42. part. 4. ibid.*  
Wir gleichwol auch bey uns erwogen / daß der ordentlichen Obrigkeit gebühret / ehrliebenden Leuten durch geordnete (NB.) Straff ihrer Ehren Ergetzung zu thun / Als wollen wir demnach / daß ein jeglicher / wer der auch were / dem Beschwerten vnd injurierten Theil / nach befindung der Unschuld einen öffentlichen (NB.) Wiederruff für Gericht zu thun schuldig seyn solle / id est, Perpendentes verò ad Magistratus officium pertinere, ut

D 3

legi.



legitimis poenisin injuriosos statutis existimationi virorum honestatem amantium satisfiat &c. Igitur sancimus, ut quilibet reus, quatenus de actoris injuriati innocentia constabit, injuriam ei factam publicè in judicii loco revocet. Maximè cum ibidem in §. 19. verba *Dar über aber vnd Darneben* / 20. reperiantur, hoc est, præterea seu præter recantationem. Siquidem dictionis præterea, vel insuper natura est qualitatum præcedentium repetitiva.

Chassan. in *Consuetud. Burgund. rubr. 3 §. 6. num. 14.* Moll. ad d. *Const. Elect. 42. sub. num. 4.*

4.

4. Quia actiones alternatim & disjunctim competentes, seu quæ in electione aut optione sunt positæ, copulativè coacervari vel cumulari eodem in libello nequeunt

gl. & Dd. in l. *edita. C. de edend. Bart. & Castrens. ibid.*

Dyn. in cap. *nullus plurib. sub num. 12. de reg. jur. in 6.*

Zaf. in §. *si minus. Inst. de actionib. & ibid. Schneidvv. num. 19.*

Rosbach. in *prax. civil. tit. 34. num. 16.* Zang. de *except. part. 2. cap. 19. num. 11.* Frider. de *contin. caus. cap. 10. num. 12.*

Gilcken ad l. *edita. C. de eden. num. 16.*

Ast actionem ad palinodiam & injuriarum æstimatoriam alternatim ac disjunctim competere, apparet inde, quod hæ actiones ex eadem causa eademque obligatione, personas inter easdem competunt, à nemine quod negabitur; siquidem ex quo factò & delicto, quæve ex causa actio oritur æstimatoria, ex eodem factò, delicto, eademque causa actio ad recantationem promanat. Actiones autem ex eadem causa descendentes & adversus eandem personam competentes electivè saltem quod concurrant & competant, haut obscurè constat ex

§. *ceterum in fin. Inst. quod cum eo, qui in alien. potest. l. 9. quod in herede. §. 1. D. de tribut. act. & ibid. Gothofr. lit. N. l. 2. si expilata. §. 1. l. 3. Divus Severus. D. expilat. hered. l. 24. ob res amotas. D. de act. rerum amot. l. 3. si curator. C. arbitr. tutel. l. 27. si servus. §. 11. Proculus. D. ad L. Aquil. l. 38. pro socio. §. 1. D. pro soc. l. 3. sive pro fratre. l. 16. si negotium. C. de negot. gest. l. 21. si mulier. §. ult. D. quod met. caus. l. 1. §. 21.*

iii

de actione injuriarum æstimatoria.

*in tutela. D. de tutel. & rat. distrah.* ubi Ulpianus dicit:  
In tutela ex una obligatione duas esse actiones constat, & ideò  
sive tutelæ fuerit actum de rationib. distrahendis agi non potest;  
sive contra tutelæ actio, quod ad speciem istam perempta est.

Hasque duas ex injuriarum delicto competentes actiones  
civiles, æstimatoriam nimirum ac recantatoriam alternatim  
seu electivè competere disertè tradit Ern. Cothmannus dicens:  
quæ verba primo ad modum agendi & pronuntiandi in utro-  
que tam criminali, quam civili injuriarum judicio respiciunt,  
quia videlicet in utràque actione actor pronuntiari petit atque  
etiam judex pronunciat, quod neque licuerit, neque decuerit  
reum injuriosa verba eloqui, sed quod in eo peccarit & injustè fe-  
cerit: quæ prima est petitionis & pronuntiationis pars ac forma  
in utroque judicio recepta: neque enim in eo quicquam differt  
criminalis actio à civili, sed tantum in petitionis ac pronuncia-  
tionis parte alterâ. Nam in actione civili peti solet, ut reus in-  
juriam illatam recantet, (NB.) vel pro ea mille florenos ex-  
solvat. At in criminali injuriarum judicio peti & pronuncia-  
ri consuevit, ut reo vel pœna corporalis infligatur, vel multa  
fisco aut Ecclesiæ solvenda injungatur.

*Cothm. volum. 1. respons. 16. num. 54. & 4. seqq.*

Ex quo loco dilucidè apparet, licet Cothmannus. *d. conf. num.*  
*49.* & alibi asserat, actorem æstimatoriam & recantatoriam in  
libello posse conjungere, id tamen non copulativè sed alterna-  
tivè duntaxat accipiendum esse.

5. Quia conjunctioni actionis injuriarum æstimatoriæ &  
ad palinodiam non competit definitio, seu descriptio cumula-  
tionis actionum, proinde & nec definitum. Descriptionem  
autem non competere apparet, quod cumulatio actionum dica-  
tur & admittatur, quando plures actiones ex diversis causis in  
eodem libello coacervantur

*Schneidvv. in d. §. sin minus. num. 7. Instit. de action. Gail.*  
*d. observ. 63. num. 1.*

At actiones prædictæ non veniunt ex diversis causis, sed sicuti  
ex uno eodemque facto, sic & ex una eademque causa & obli-  
gatione originem trahunt,

16. Quæ-

6. Quæcunqve actiones seorsim & in diversis judiciis seu processibus non possunt proponi, illæ nec in eodem libello rectè cumulantur. Atqvi actio ad palinodiam & injuriarum æstimatoria seorsim in judicio ac processu separato intentari nequeunt, &c. Ergò.

Major exindé constat, quod illæ duntaxat litium minuendarum gratia cumulentur actiones, quæ aliàs ab actore, si favori suo renunciare vellet, in diversis judiciis institui possint, prout supra in secundo notabili dictum est, & non obscure id ipsum innuit

Obrecht. *de concip. & formand. libell. cap. 24. num. 44.*

Quod verò actio ad palinodiam & injuriarum æstimatoria ratione unius ejusdemqve delicti, adversus eandem personam in diversis judiciis institui nequeant, id à nemine negabitur, cum posteriori actioni exceptio vel litis pendentis, vel finitæ & rei judicatæ rectè opponatur.

7. Et hanc negativam cumulationem rejicientem opinionem in Scabinatu Lipsiens. receptam esse, testatur

Bened. Carpzov. *in pract. crimin. part. 2. quest. 95. sub num. 32.* ubi dicit, sæpius in scabinatu pronunciatum esse: **Würde Kläger eine förmliche Klage anstellen/ vnd dieselbe entweder auff den Wiederruff/ oder auff eine gewisse Summa Geldes alleine richten/ so were Beklagter sich darauff ein zu lassen schuldig / 2c.**

Item, Anno 1637. ad requisitionem T. B. responsum esse.

**Ist T. obgedachten Schimpffs wegen den Mævium actione injuriarum zu belangen vorhabens / do er nun seine Klage vff eine Abbitte vnd Erklärung richten wolte / so were ihm solches zu thun vbenommen / die Injurien aber vff Tausend Thaler zu æstimirn, vnd also so die action zugleich auff eine Abbitte vnd erlegung einer Summen Geldes zu richten / ist er zu Recht nicht befugt. Sic in caussa T. A. cont. H. S. uxorem in d. Scabinatu pronunciatum est: Würde Kläger nun hierauff ein ander vnd förmlicher Klage Libell vbergeben / darinnen nicht allein der Ort / Jahr vnd Tag der libellirten**

ten

ten Injurien benennen / sondern auch dasselbige ent-  
weder auff den Wiederruff alleine / oder eine gewisse  
Summa Geldes richten / vnd Beklagten darzu ge-  
bührlich citirn lassen / So were er zu erscheinen / vnd  
darauff mit seiner rechtlichen Nothturfft sich ein-  
zulassen vnd gebührlich zuverfahren schuldig.

8. Quæ Scabinorum Lipsiensium opinio æquior & beni-  
gnior videtur, cum aliàs & stante opinione affirmativâ, reus ad  
duplicem satisfactionem actori præstandam condemnaretur,  
nempe ad palinodiam seu reclamationem & injuriarum æstima-  
tionem; quod nimis durum foret.

Rurger. Ruland. *de commissar. & Commissionib. part. 3. lib. 8.*  
*cap. 4. num. 17. in fin.*

Quamvis verò non ignorem, quod ubi & civilis & criminalis  
actio competit, tunc utrâque licere experiri, nec unam tollere  
alteram aut consumere

*l. un. C. quand. civil. act. criminal. præjud.*

Hanc tamen dispositionem huc non quadrare elucet, cum actio  
ad palinodiam ex communi & dissentientium Dd. opinione pro  
criminali non habeatur, quippe cum per eam non Reipubl. sed  
parti læsæ & ad judicium provocanti satisfiat

Barth. Blarer. *d. loc.*

At d. l. un. loquitur de casu, ubi actione civili Actori, criminali  
verò Reipubl. satisfactio præstatur, quarum una alteram non tol-  
lit aut consumit

Barr. *in l. 1. §. uq. ad eò. D. de injur.*

Cum igitur hæc negativa opinio mitior ac benignior sit, proin-  
de in dubio, expressâ lege & statuto in primis deficiente, meritò  
retinetur, licet opinio contraria sit communis. Nam ubi com-  
munis opinio est rigorosa, altera verò contra communem æqua  
& benigna, tunc à communi opinione rectè receditur.

Menoch. *lib. 2. præsumt. 71. num. 25.* Marq. Freher. *de fama*  
*& existim. lib. 2. c. 18. n. 43.*

In re enim dubia benigniorem interpretationem seu opinionem  
sequi, non minus justius est, quàm tutius

*l. 192. ea que. §. 1. D. de R. J.*

E

maximè

maximè in causis pœnalibus, in quibus semper benignius est interpretandum.

*l. 155. §. 2. in pœnalib. D. d. tit. l. 32. si pœses. D. de pœn.*

Responsiones  
ad rationes  
dubitandi.

Adductis rationibus decidendi desumptis è ratione juris & regulis circa actionum cumulationem ab omnibus Juris Interppr. receptis, ad rationes dubitandi facillè responderi potest.

1.

1. Primam sanè quod attinet, concedimus actionum cumulationem regulariter esse concessam & permissam. Undè & reo excipienti de cumulatione, incumbit onus probandi, casu isto cumulationem esse prohibitam.

*Schneidvv. in d. §. sin minus. sub num. 16. Institut. de actionib.*

*Græv. lib. 1. conclus. 63. num. 3.*

Verùm hoc obtinet, nisi specialis aliqua ratio occurrat

*Gilken. ad l. 3. edita. C. de edend. n. 153.*

& tantisper procedit, dum limitatio seu exceptio à regula probeatur, nec obstant regulæ prohibitivæ, cumulationem impediennes

*Speckhan. cent. 1. obs. 66. num. 1.*

Nam probatâ exceptione regula in isto casu cessat. Jam verò hæc duas actiones cumulationem non admittere, supra firmis fundamentis & rationibus desumptis è cumulationis actionum genuinâ naturâ, principiis & conclusionibus itidem hanc circa materiam ab omnibus Interppr. & in foro approbatis demonstratum, eoquè magis negativa opinio retinenda est. Ubi enim communis est in regula, seu pronunciato generali, altera sententia in limitatione, tunc hæc illi præferenda

*Anton. Corat. in tr. de comm. opin. lib. 2. tit. 9. cas. 4.*

*Freher. de existimat. lib. 2. cap. 18. sub num. 44.*

2.

Ad 2. Resp. verum quidem esse, quod plures civiles actiones in eodem libello regulariter cumulentur: sed hoc non est universale, quippe cum quàm plurimæ exceptiones seu limitationes adsint, prout ex deductis constat & videre est apud

*Bart. & Cyn. in d. l. edita. C. de edend. Dyn. in d. cap. nullus pluribus. de reg. Jur. in 6. Schneidvv. in §. sin minus. Inst. de actionib. num. 17. & seqq. Obrecht. de concip. & formand. libell. d. cap. 24. Frider. de contin. causis. cap. 10.*

Qvod

Quod autem qualitas & natura cumulationis actionum & genera seu modi, in quibus ea permittitur, harum duarum actionum coacervationem copulativè factam respiciant, ex decidendi rationibus sufficienter liquet. Et licet actio ad palinodiam non pro criminali, sed pro civili sit habenda, maximè de Jure Saxon. cum nulla poena corporis afflictiva in ea petatur: id parùm tamen stringit, cum non solum considerandum, num actio sit civilis, vel criminalis, sed plura ad cumulationis permissionem requirantur, & speciatim eò respiciendum, utrum regulæ actionum circa cumulationem receptæ eam prohibeant: Nam si una vel altera regula prohibitoria adsit, tunc cumulationem cessare in propatulo est

*Dyn. in d. cap. nullus plurib. sub num. 12.*

Equidem quàm plurimæ actiones sine ullo dubio civiles actoribus competunt; at eodem in libello cumulationem & coacervationem minimè admittentes. Quod multis demonstrari posset exemplis, sed unum aut alterum sufficiat. Nam ubi actio ex constituto cum actione ex contractu principali concurrat, tunc cumulatio, licet utraqve sit civilis, non procedit

*Zanger. de except. part. 2. cap. 19. sub num. 21.*

Sic ubi servis mandantibus prædia quidam comparaverit, tunc Domino, cujus pecuniâ prædia comparata sunt, competit actio furti & actio mandati: quamvis verò utraqve sit civilis, in eodem tamen libello cumulari nequeunt, cum unius electio alterâ tollat

*l. i. C. de furt. & ibid. Giphon.*

Pupillo quoq; ubi actio tutelæ & de rationibus distrahendis competit, tunc non procedit cumulatio, licet utraq; sit civilis, cum actori incumbat eligere, quâ experiri malit & unâ institutâ altera consumatur

*l. i. §. 21. D. de tut. & rat. distrab.*

Sic petitio hæreditatis & interdictum quod legatorum, cumulari nequeunt, actiones tamen cum sint civiles ambæ

*Zang. d. cap. 19. num. 12.*

Ex quibus apparet, ratione cumulationis firmam inde conclusionem, quod actiones competentes sint civiles, desumi non posse: sed imprimis necesse esse, ut nulla adsit regula prohibitoria, actiones vè, quas Actor coacervare conatur, ejus sint naturæ & qualitatis, quæ cumulationem petitionemqve simultaneam admittant.

Porro in hac secunda dubitandi ratione, etsi pro certo asseritur & praesupponitur, actionem ad palinodiam non criminalem, sed civilem esse, quod de Je. Saxon. multo magis procedit, cum, ut saepius innuimus, eo de Jure nulla actio seu causa, nisi quae poenam corporis afflictivam imponeret, pro criminali habeatur. Huic tamen assertioni obstare videtur, quod reo etiam post litem contestationem mortuo, ejus heredi palinodia imponi nequeat, quod & praxis quotidiana attestatur. E contrario omnes actiones civiles, etiam quae non sunt persecutoriae rei, sed mere poenales, post litem cum criminoso defuncto contestatam heredibus competunt, ac contra rei heredes transcunt

*S. poenales. Inst. de perpet. & temporal. action. l. un. C. ex delict. defunct. ubi Dd.*

Et hanc actionem non civilibus, sed criminalibus annumerandam esse statuit.

*Marant. in spec. aur. part. 4. dist. 1. num. 17.*

Quam opinionem in casu, ubi ex statuto cum recantatione infligitur poena carceris vel relegationis tenet

*Treutl. vol. 2. disp. 30. th. fin. lit. A.*

ac proinde in Electoratu Sax post promulgationem Constit. 42. part. 4. actionem ad palinodiam pro criminali habendam esse, tradit

*Dan. Möller. lib. 1. semestr. cap. 23. in pr. quem sequitur Berlich. part. 1. conclus. 29. n. 48.*

Verum enimvero licet ad recantationem instituta actio non pro criminali, sed pro civili sit habenda, etiam in casu, quo cum recantatione poena corporis afflictiva imponitur, cum non tendat primarie cum in finem, ut Reipubl. satisfiat, sed parti laesae: criminalium vero actionum natura requirat, non ut ad commodum privati, sed Reipublicae utilitatem agatur. Attamen exinde praesentis controversiae decisio peti nequit, cum saepius inculcatum & demonstratum sit, in actionum cumulatione ad genera & modos cumulationum, adque principia, seu regulas, quae de cumulatione traduntur, respiciendum imprimis esse.

*Dyn. in d. cap. nullus plurib. sub num. 11.*



3. Tertia dubitandi ratio procedit ex insufficienti partium enumeratione. Nam ad actionum cumulationem, adversus unam eandemque personam concedendam non sufficit, ut ad diversa tendant; sed requiritur insuper, ne ex eadem causa vel obligatione, at ex diversis orientur: ne absolutoria in una pariat exceptionem in altera: ne alternatim, aut electivè competant; neve actiones sint captiosæ, ex quibus actor duplicem à reo satisfactionem consequatur: Ut actiones itidem cumulandæ separatis possint institui processibus; prout ex deductis satis apparet. Quæ omnia & singula, conjunctim ac divisim, cumulationem in præsentis quæstione impediunt. Certè multæ tendentes ad diversa reperiuntur actiones, quæ tamen in eodem libello cumulari nequeant. Exemplum habemus in

*d. l. 1. C. de furt.*

Ut raceam, non adeò tritum & planum esse, duas hæc actiones ad diversa competere; cum utraq; tendat ad Actoris satisfaciendum, & sic in effectu ad unum eundemque finem colliment ambæ. Undè Benedict. Carpzovius autumat, utramque harum actionum petitionem ad unum idemque dirigi, restitutionem scil. famæ & damni dati

*Carpzov. pract. crimin. part. 2. quest. 95. n. 31.*

Sic quando ad rei restitutionem vel ejus æstimationem solvendam quis experitur, dici nequit, quod ad diversa penitus agatur, & quod duplex hæc petitio copulativè fieri, ac ejusmodi petitiones, ut Actor utrumque consequatur, cumulari queant. Sed cum hujus vera quæstionis decidendi ratio in eo non consistat, utrum actio ad palinodiam & injuriarum æstimatoria ad idem, an diversa tendant, idcirco hæc diutius opus non erit insistere. Maximè cum actiones, licet ad diversa tendant, cumulari nequeant, si ex eadem orientur causâ. In illo enim conjunctionis genere, ubi diversæ actiones ex eadem causâ proponuntur ad diversa, cumulationem esse prohibitam, liquet ex ijs, quæ supra notabili tertio dicta sunt, item ex

*Cyn. ad d. l. edita. sub num. 20. Bart. ibid. num. 18. & 19.*  
*Pract. Ferrariens. in form. libell. in act. real. verb. salvo jure*  
*addendi. num. 11. 12. 13. & 14. Zas. in §. sin minus. num. 18.*  
*Inst. de action.*

E 3

4. Qvoad

4.

4. Quoad 4. dub. rationem non negamus, quod actio injuriarum & Legis Aquiliæ eodem in libello ritè ac legitimè cumulentur. At inde præsentem ad quæstionem argumentum desumi nequit, cum à diversis planè procedat. Nam actiones ad palinodiam & injuriarum æstimatoria ex eadem causa & eadem obligatione æqvè ac ex eodem facto & delicto proveniunt. Actiones verò injuriarum & Legis Aquiliæ, quando concurrunt, ex uno quidem facto, verum ex pluribus delictis, & sic ex diversis causis oriuntur. Non enim semper ex uno facto una oritur obligatio: sic tutor intercipiens pecuniam pupillarem & tutelæ & furti actione tenetur, ut ejusdem facti sint plures obligationes & plures inde nascuntur actiones

*l. 1. §. 22. hunc tamen tutorem. D. de tutel. & rat. distrab.*

Idem quoq; factum non semper unicum producit delictum, sed interdum ex unico facto plura delicta descendunt. Sic qui alienum servum injuriosè verberaverit, unico hoc facto & in actionem L. Aquiliæ & in actionem injuriarum incidit

*l. 34. qui servum. pr. D. de obligat. & act.*

Injuria enim ex affectu fit, at damnum ex culpâ

*l. 5. sed & si. §. 1. l. 41. si quis testamentum. vers. ibidem. D. ad L. Aquil. l. 7. Prætor. §. 1. vers. quid ergò de lege. D. de injur.*

*Obrecht. de concip. & formand. libell. cap. 22. sub num. 27.*

Sic virginem alienam corrumpens & actione injuriarum & actione Legis. Aquiliæ tenetur

*l. 25. si stuprum. D. de injur.*

quo casu licet unicum sit factum, at duo sunt delicta simul eodemq;ve tempore in re eadem admissa

*Obrecht. d. loc.*

Satis hinc constat, quartam dubitandi rationem à diversis procedere, ex quibus nulla firma fieri potest illatio

5.

A diversis itidem procedit ratio Quinta. Nam ubi vasallus atroci feudi dominum injuriâ verbali afficit, tunc unico hoc facto duplex committit delictum, felonix videlicet & verbalis injuriæ, sicq; ex quolibet delicto specialis oritur Actio, quarum altera ad privationem feudi, altera verò ad injuriæ revocationem seu palinodiam competit. Si quidem ut in responsione ad 4. dubit. rationem

tionem dictum & demonstratum est, unicum factum plura interdum producit delicta

*l. 34. qui servum. D. de oblig. & action. l. 25. si stuprum. D. de injur. Obrecht. de concip. & formand. libell. cap. 22. sub num.*

27.

Cum igitur binæ hæ actiones ex duplici promanent delicto, manifestum satis est, eas ex una eademq; causa non oriri, unamque ac eandem obligationem non præsupponere. Quæ secus se profus habent in actione injuriarum æstimatoriâ, & recantatoriâ: hæ enim ex unico facto, unico injuriarum delicto, unâ eademque causâ & obligatione trahunt originem. Dn. actiones ad feudi privationem & injuriarum revocationem directæ, utpote duplicem obligationem præsupponentes, ejus sunt naturæ, ut utraq; seorsim queat institui, quod de injuriarum æstimatoria civili & actione recantatoria dici nequit, prout ex 6. decidendi ratione apparet.

6. Eiusdem farinae est sexta dubit. ratio. Licet enim haut negemus, ubi ejusdem delicti ratione & criminalis & civilis datur actio, quod liceat experiri utraq; imò in injuriarum delicto actionem revocatoriam cum criminali copulativè jungi, casvè licitè cumulari posse, cum id Constit. Elect. 42. part. 4. expressè permittatur. Indè tamen infirmum ad actionis æstimatoriæ ac recantatoriæ cumulationem deducitur argumentum. Diversitatis siquidem ratio manifesta est satis, cum illo casu satisfactio non uni eidemq; sed recantatoriâ parti læsæ, criminali verò Reipubl. præstetur; & sic actor unam non duplicem consequatur satisfactionem. At casu posteriori duplex uni eidemq; satisfactio præstaretur & eadem persona ex unica obligandi causa, & sic unâ quoq; ac eadem obligatione duplicem, refragante juris ratione, satisfactionem consequeretur.

7. Circa septimam conceditur quidem, duæ quando de re eadem concurrunt actiones, quarum una sit merè persecutoria rei, at altera merè poenalis, quod una alteram non tollat, proindeque cumulari queant. Sed hinc monendum 1. Quod ubi hujusmodi concurrant de re eadem actiones, tunc merè poenalem & persecutoriam rei non ex una eademque obligationis causa oriri, sed ex diversis, quod ex txx. allatis liquido apparet.

Nam

6.

7.

Quæstio Juridica singularis

Nam in l. 12. ancille. cum l. 59. C. de furt. concurrunt actio furti, quæ merè pœnalis, & rei vindicatio quæ merè persecutoria rei est: at hæ actiones non ex unâ eademve causâ, sed diversis oriuntur, illa ex delicto, hæc ex dominio. Malè igitur indè ad præsentem casum, actiones nimirum injuriarum æstimatoriam & recantatoriam ex eadem obligationis causa descendentes inferuntur. Sic in l. 29. si sacculum. D. deposit. & l. 3. si depositi. C. eod. actiones concurrentes, puta furti & depositi itidem, non ex unicâ causa, sed illa ex maleficio; hæc ex contractu oritur. Idem de reliquis in allegatis locis concurrentibus actionibus dicendum, eas videlicet non ex una eademque causa, seu obligationis genere, sed diversis oriri. Idcirco cum non saltem tendant ad diversa, sed & ex diversis orientur causis, cumulatio prædictarum actionum est concedenda.

Deindè negandum videtur, recantatoriam actionem esse merè persecutoriam rei. Illæ enim rei persecutionem continent, quibus persequimur, quod ex patrimonio nobis abest

*l. 28. actio. l. 35 in honorariis. princ. vers. ille autem rei. D. de obligat. & actionib.*

Atqui actione ad Palinodiam neque rem, quæ nobis ex patrimonio abest, neque ejus, si res præstari nequeat, æstimationem persequimur, cum fama, honor & existimatio aliter non amittatur, nisi proprio delicto, dolo aut malitia, non verò aliam ob causam, perque hominum infamationes ac injurias alteri illatas, ejus fama & existimatio nec lædatur nec imminuatur, multò minùs amittatur, uti supra in 3, decidendi ratione dictum est

*Speckhan. cent. 2. class. 3. quest. 8. n. 7. & seqq. &*

*Marquard Freher. de Famâ. lib. 2. cap. 10. num. 2. & 6.*

Porro, si actio injuriarum revocatoria merè persecutoria rei esset adnumeranda, sequeretur, quod, lite præsertim à reo contestatâ, post ejus obitum ad hæredes sit transitoria; cum quævis actiones ex delictis descendentes, etiam pœnales civiliter intentatæ, post litem à defuncto criminoso contestatam contra ejus hæredes in totum sint transitoria

*l. un. C. ex delict. defunct. Sichard. ibid. num. 2. & seqq.*

Jul.

de actione injuriarum æstimatoria.

Jul. Pac. *ibid.* num. 18. Wefenbec. *in parat. Dig.* Quod quisq. jur. *in alium* &c. n. 2.

Jam verò & ratio juris & quotidiana praxis testatur, si reus injuriarum actione ad palinodiam institutâ, post litis decedat contestationem, ejus heredes, licet injuriæ fuerint atroces, ad palinodiam non condemnari, quod judici omninò incumberet, si recantatoria actio esset merè persecutoria rei.

8. Ad octavam Resp. Quod 1. adhuc in controversia sit, utrum ad palinodiam competens actio, si ex statuto pœna carceris vel relegationis aut fustigationis unâ infligatur, inter civile recensenda? per tradita.

Daniel. Möller. *lib. 1. semest. cap. 23. pr.* Treutl. *vol. 2. disput. 30. thes. fin. lit. A.*

Deindè licet indubium esset, actionem ad palinodiam in hoc etiam casu merè civilem esse, imprimis cum jure Saxonico ipsa pœna pecuniaria fisco applicanda, carceris vel relegationis, pro criminali non habeatur. Exindè verò actionis recantariæ cum injuriarum æstimatoria cumulatio asseri nequit, per ea, quæ aliquoties dicta sunt.

Monendum hîc porrò, vigore d. Const. Elect. 42. part. 2. duplicem satisfactionem eò tantum in casu admitti, ubi una parti læsæ, at altera Reipubl. præstatur. Cùm autem hæc dispositio sit statutaria; idcirco ad casum quando cum verborum injuriosorù reclamatione, illatæ injuriæ æstimationem seu pœnam sibi applicandam, sicqve duplicem satisfactionem Actor petit, utpotè non expressum, diversamqve rationem habentem, minime extendenda erit. Imò supra notabili octavo innuimus, promulgatam ante d. Constit. Electoralem, actionem injuriarum æstimatoriam civilem in foro Saxonico in usu non fuisse, sed pœnam duntaxat Saxoniam triginta nimirum solidorum locum habuisse. Cùm igitur actio injuriarum æstimatoria civilis, pœnâ Saxonicâ nondum abrogatâ, hæc in provincia in usu non fuerit, imò nec in Constit. Elect. 42. part. 2. Serenissimus Elector illam approbaverit, sed eâ promulgata demum in oleverit, ususqve forensis istam introduxerit; proindè sequitur, eò minùs cu-

F

mula-

cumulationem actionis recantatoriae ac civilis æstimatoriae e  
d. Const. Electorali probari, verbave Darüber vnd darne-  
ben/te. ad casum non expressum extendi non posse.

9. Nec obstat 9. dubitandi ratio. Nam licet in d. Constit. Elect.  
42. part. 4. dispositum reperiat, reum in injuriarum actione  
succumbentem ad palinodiam seu recantationem nō duntaxat,  
sed & pœnam insuper pecuniariam arbitrariè condemnari pos-  
se. Attamen dubio procul dicendum, Saxoniae Electorem ibi-  
dem minimè gentium de injuriarum æstimatione ab actore in  
libello petiã, sed de multã seu pecuniariã pœnã judici aut fi-  
sco applicandã loqui. Svadet hanc explicationem 1. verbum  
præcedens Willkürlich. ibi: Darüber aber vnd darneben sol auch  
solcher muthwilliger Schänder vnd Injuriant willkürlich mit eis-  
ner hohen Geld-Buß/te. gestrafft werden. Indubium verò est, ubi  
reus injuriarum actione pulsus arbitrariè punitur, tunc pœnam  
non actori, sed fisco aut judici applicari.

Aym. Craver. part. 3. consil. 474 num. 4.

In injuriarum siquidem actione criminaliter institutã pœnam  
esse arbitrariam, seu extraordinariam ex jure ejusve Interppr. li-  
quidò constat

§. 10. in summa. Instit. de injur. Schneidvv. ibid. n. 1. & 6.

Nicas. ibid. in pr. Wesenb. parat. Dig. de injur. num. 16.

Etenim nullò juris tx. nullãqve juris ratione probari potest, in-  
juriarum æstimationem in libello ab actore petitam & à judice  
taxatam pœnam nominari arbitrariam; vel arbitrariè, seu ex-  
traordinariè reum esse punitum, si actione injuriarum civiliter  
institutã æstimatoria videlicet conventus succubuerit.

Dn. quia in d. Const. 42. arbitrio judicis relinquitur, utrum  
præter palinodiam, quã actori satisfactio præstatur, reum ad pœ-  
nam pecuniariam, vel carcerem, vel relegationem temporalem,  
vel fustigationem pro conditione qualitateq; personarum, loci,  
temporis & aliarum circumstantiarum condemnare malit. Cum  
itaq; multa, carcer, relegatio temporalis ac fustigatio quoad dis-  
positionem ibidem conjungantur, sequitur & pœnam pecunia-  
riam, cujus factã est mentio, eandem cum cæteris pœnis ratio-

acm

de actione injuriarum æstimatoria.

nem ac qualitatem habere. Nam quæ sunt paria in dispositione, ea paria oportet esse effectum ac interpretationem

*l. 4. jam hoc jure §. fin. D. de vulgar. & pupill. substit. l. 6. in testamento. C. de testament. milit. Wesenb. part. 1. Consil. 4. sub num. 77.*

Sicuti ergo reliquis poenarum arbitrariarum ibidem recensitarum speciebus, puta carcere, temporali relegatione & fustigatione, nihil adjudicatur actori, sed Reipubl. satisfactio præstatur, ita & pecuniaria poena (Geld, Busse) cujus in d. Constit. fit mentio, non de ea, quæ actori, seu parti læsæ, sed quæ fisco aut judici applicatur, intelligenda est. Maximè 3. cum de ejusmodi pecuniaria poena loquatur Legislator, quæ pro circumstantiarum qualitate, proque delicti, seu injuriarum atrocitate in carceris, temporalis relegationis, aut fustigationis poenam judicis arbitrio mutari potest. Ubicunque autem injuriarum actio civiliter ita intenditur, ut injuriatus injuriam sibi allatam æstimet, ac æstimationem salvâ judicis taxatione, sibi adjudicari petat, tunc indubium est, judici secundum petita libelli pronunciare incumbere, eiq; haut licere, mutare injuriarum æstimationem in carceris, relegationis, aut fustigationis poenam.

4. Apparet hinc vocabulum Geld, Busse d. loco in generali significato, ut videlicet poenam quoque parti applicandam complectatur, minimè accipiendam esse, cum verbis & præcedentibus & sequentibus manifestè declaretur ac restringatur ad poenam pecuniariam, seu mulctam, quâ Reipubl. præstatur satisfactio.

5. Idque eò magis procedit, cum vocabulum ejus versiculi finale, gestrafft werden, præcedentia poenarum genera seu modos æqualiter determinet, sicque ut uniformem puniendi modum inducat, necesse sit. Determinatio enim licet sit generalis æqualiter plura determinans, intelligitur semper ea uniformiter & sub uno significandi modo determinare.

*Clem. 2. pr. de elect. Wesenb. d. cons. 4. sub n. 77.*

Ita ut æqualiter determinata, æquali jure censeantur.

*Covarruv. cap. possessor. princ. part. 3. num. 2. vers. tertio eadem sententia de R. J. in 6. Wesenbec. d. loc. sub num. 77.*



6. Et hæc explicatio necessariò retinenda videtur, aliàs enim sequeretur admisisse serenissimum Saxonix Electorem cumulationem recantatorix ac æstimatorix actionis, quæ ex eadẽ causa oriuntur & quarum utraq; satisfactionem consequitur actor, contra juris rationem, principiis itidem ac regulis in cumulationis actionum materia ab omnibus juris interpp. receptis repugnantibus, prout ex decidendi rationibus abundè apparet; id quod de D. Augusto, Principe prudentissimo, deq; Electoralium Constitutionum compileribus JCtis præstantissimis haut verisimile videtur. Quod autem verisimile non est, falsitatis habet imaginem

7. *surd. consil. 135. num. 15. & decis. 23. num. 15.*

7. Eandem porrò interpretationem apertè approbat Matth. Wesenbecius, qui unus è Constitutionum Electoralium compileribus fuit, is enim in notis ad Schneidvvinum expressè statuit, jus Saxonum antiquum propter hominum petulantiam & temeritatem in injuriando mutatum esse Const. 42. Part. 4. ex qua agatur tam ad satisfactionem h. e. palinodiam civiliter, quam ad poenam arbitrariam criminalem

*Wesenbec. in not. ad Schneidvv. in d. §. 7. poena, num. 15. verb. licet enim in terris Saxon. &c. Instit. de injur.*

Imò Wesenbecius poenam in Constit. Elect. 42. part. 4. Darneber vnn̄d darneben/te supra palinodiam sancitam disertè de criminali seu mulctâ arbitrariâ interpretatur, sicq;ve satis innuit, verbum Geld/Busß ibidem de injuriarum æstimatione, quæ nec jure civili criminalis poenæ nomine venit, minimè accipiendum esse

*Wesenb. part. 1. consil. 22. sub num. 18. & parat. Dig. de injur. sub num. 18. vers. ac punitur. quem sequitur Nic. Reufner. lib. 2. consil. 20. num. 17. Idem innuit Petr. Heig. ad §. 10. in summa. num. 7. Instit. de injur.*

Et quamvis 8. facillè concedatur, jure Saxonico veteri verbum Busse de poena sumi pecuniaria parti applicanda. At è contrario negari nequit idem verbum æqvè de mulctâ seu poena pecuniaria fisco aut judici applicanda accipi, quæ aliàs speciali nomine Wette oder Gemette vocatur; quam de poena pecuniaria actori adjudicanda, uti apparet ex

Sum-



Summar. LandR. lib. 3. art. 64. num. 1. ibi. von Bussen  
vnd Gewette/welche man einer jeden Obrigkeit schuldig ist/  
& num. 2. ibi. Gewette heisset die Buss/welche einer den Ge-  
richten giebet/darinnen er verbrochen oder mißgehandelt hat  
Negari itidem 9. non poterit in Constitutionibus Saxonis  
recentioribus vocabulum Buss ut plurimum de multa seu pe-  
cuniaria fisco aut judici applicanda pœna sumi, ut videre est  
ex IX.

Landes. Ordn. de anno 1482. §. Als in Städten vnd Dörff-  
fern/2c. ibi: Vnd was eine jegliche Gemeine in einem Dorff  
vber Jahr/nach ihrer Willkühre oder nach alter Gewonheit/  
oder aus Vergunst ihrer Herrschafft zu büßen hätten/ vnd  
büßen würden/ das sollen sie alles zu Hauffe halten/ vnd  
auff die drey Bezeiten vertrincken/vnd was sie an solchen ih-  
ren Gemeinen Bussen/ 2c.

Item §. Es soll auch niemands / welches Standes / 2c.  
ibi. dem nechsten vnserm Amptmann darbey zehen Reints-  
sche Bülden zur Buss verfallen seyn.

Item §. Es sol auch kein Wein noch Bier. Schencke/ 2c.  
ibi: sol alsdann seiner Herrschafft vor jeglichen Pfening/  
den er vber die Sagung verborget hätte / drey Pfening zur  
Buss verfallen seyn.

Landes. Ordn. de Anno 1550. tit. Was zu Ober- vnd  
Nieder. oder Erb. Gerichte gehört/ §. fin. ibi: Solche Fäl-  
le/ob sie wol zur Geld. Buss gereichen/ sollen sie doch durch  
die Ober. Gerichte gestrafft/vnd die Straffen eingenommen  
werden.

Landes Ordn de Anno 1555. tit. Uebermäßige Bussen.  
ubi quod in rubro vocatur eine Buss/id in nigro appel-  
latur eine willkürliche Straffe/ quæ ibidem non parti sed  
judici applicatur.

In eodem prorsus significatu reperitur verbum Geld. Buss/in  
Const. Elect. 37. part. 4. §. Da aber/2c. verl. aber die/2c. ibi.  
Welche andern aus ihren Gärten/oder sonst / Kräseren/als  
Nägeln/Rosmarin/Majoran vnd dergleichen Blumen o-  
der Sträucher stehlen/ müssen mit einer Geld. Buss/ zeitli-

chem Gefängniß/ oder nach Belegenheit der Verbrechen  
mit Verweisung gestrafft werden /

Illam verò dictionem ibidem de multa seu pecuniaria judici  
applicanda poena accipiendam, patet ex

Möller *ad d. Const. 37. n. 9. ibi*: pro modo delicti vel pecu-  
nia mulctantur &c.

Erne quis 10. cavillatione hîc utatur, adhuc apertius, verbum  
Geld, Buss in Constitutionibus Electoralibus de poena fisco  
seu judici attribuenda sumi, apparet ex

Constit. Electoral. 7. d. part. 4. *ibi*: Sondern in Willkühr-  
liche Geld, Buß/ Gefängniß oder Verweisung neben Erle-  
gung des Währ, Geldes/ vnd Erstattung der Gerichts, Ko-  
sten vertheilet werden/

Constit. 8. d. part. 4. *ibi*: Daß er alsdenn willkührlich  
ohne Tortur / als mit Faust, abhauen / Staupenschlagen/  
Verweisung/ Gefängniß/ oder einer Geld, Buss mögte ge-  
strafft vnd verurtheilet werden.

Et Constit. sq 9. *ibi*. Sol mit einer ziemlichen Geld, Buss  
Gefängniß/ oder aber nach Belegenheit der Sachen vund  
Personen mit Landes Verweisung gestrafft werden.

In quibus ac similibus locis dictionem, Geld, Buß/ de multa,  
seu poena pecuniaria fisco aut judici applicanda accipi luce cla-  
rius est meridianâ. Imò in tota Constitutionum Electoralium  
parte quarta, verbum, Geld, Buss, simpliciter prolatum semper  
de pecuniaria poena, seu multa judici vel fisco applicandâ acci-  
piendum recte asseritur.

10.

10. Decima quoqve hinc dubitandi ratio penitus corrui-  
t. Nam respondetur d. dispositionem Ordinationis Appellat. *ex d.*  
*Constit. Elect. 42. part. 4.* declarandam ac secundum eam acci-  
piendam esse; ut nimirum vocabulum, Geld, Buss/ *ibidem* non  
de æstimatione injuriarum actori assignanda, sed de multa fisco  
applicanda accipiat. Docet enim praxis quotidiana, ususq;  
forensis in supremo Electoratus Saxonici judicio, Appellatio-  
num quod vocatur, in injuriarum causis libellos ad recantatio-  
nem & poenam pecuniariam arbitrariam fisco aut piis usibus  
appli-

applicandam conjunctim directos, vigore d. Ordinationis recipi. Firmum verò hinc argumentum ad actionis recantatoriae cumulationem fieri posse nullum, quilibet videt.

Ad II. Respondetur, ex d. Const. Elect. 42. liquere satis superq; quod cumulatione actionis recantatoriae & æstimatoriae utpote ineptã repudiata, hominum male feriatorũ petulantia, & in injuriando temeritas poenis, legibus ac constitutionibus præscriptis abundè nihilo secius puniri queat. Etenim si confessus aut convictus puniatur. 1. palinodiã & quidem cum infamiae nota, 2. expensarum refusione, & insuper 3. multa seu pecuniariã fisco applicandã poenã, aut pro circumstantiarum qualitate carcere, vel temporali relegatione, vel fustigatione perpetuã cum relegatione junctã, cum tam respectu actoris, quàm Reipubl. sufficientem fuisse poenam quis meherculè dubitabit? Siã verò judex cum prædictis poenis æstimationem injuriarum actori adjudicaret, hujusmodi nonnè sententia nimis esset dura, ac proinde merito reformanda, cum poenam oporteat respondere delicto

*l. 22. sancimus. C. de poen. l. 22. capitalium. §. solent. & §. grassatores. D. de poen. l. 3. C. de Episcopal. audient. can. non afferamus. 24. quest. 1. cum similib.*

Nullò equidem favore conviciatores, sed quovis potius odio dignos esse indubium est. Hinc tamen reum ad duplicem actori satisfactionem præstandam juris ratione ac principis repugnantibus, condemnari debere minimè sequitur, cum reus aliàs pro circumstantiarum qualitate proque delicti atrocitate queat puniri satis.

12. Duodecimam quod attinet, respondetur 7. Quamvis palinodia seu actio injuriarum revocatoria non jure Romano Cæsareo, sed usu atque Canonistis sit introducta, & quidem in injuriati seu actoris favorem, is tamen actori, cumulatione recantatoriae & æstimatoriae actionis repudiata, non admittitur. In actoris namque est arbitrio, utrum injuriarum actionem antiquam, puta æstimatoriam, an recentem usu forensi, & consuetudine introductam, recantatoriam videlicet intendere velit. Siquidem, Lex ubi posterior novã idem

idem factum actione vindicat, & sic eadem de re plures conceduntur actiones, tunc favor in eo consistere videtur, ut actor ex pluribus unam, quam instituere malit, eligere queat, non verò quod omnibus conjunctim simulq; uti, duplicemq; indè satisfactionem consequi possit. Nam eà consideratione, delatæ sunt plures actiones ut laxior & liberior sit agendi facultas

*l. 76. cum filius. §. pen. Dig. de legat. 2. l. 108. si servus. §. 1. Dig. de legat. 2. Cabot. lib. 1. disputat. cap. ult. Petr. Fab. ad l. 43. nemo. D. de Reg. Jur.*

Non quod omnes licitum sit Actori instituere copulativè, duplicemq; petere satisfactionem. Quotiens enim concurrunt plures actiones ejusdem rei nomine, tunc unà quis experiri debet

*l. 43. nemo. §. 1. quotiens. D. de reg. jur.*

Dn. in duodecimâ hâc dubitandi ratione præsupponitur, quasi injuriato quoad honorem famamq; satisfactio præstari nequeat aliter, quam palinodiâ & injuriarum revocatione, quod minimè esset statuendum, cum sequeretur aliàs, antequam recantatoria in terris imperii recepta sit actio, nulli injuriato de illatâ injuriâ esse satisfactum, actiones itidem jure Romano Cæsareo inductas ad injuriato satisfaciendum esse insufficientes, quod nemo facile dixerit. Injuriâ enim laceffitus æstimatoriâ civili eam vindicans & victoriam reportans, honori ac existimationi satisfecit, deq; fama & honore minimè gentium periclitatur. Er kan vor keinen gescholtenen Mann gehalten werden. Negatur itaq; ad injuriati famam existimationemq; restituendam Palinodiam necessariam esse, aliterq; quoad honorem satisfactionem non posse præstari. 3. Negatur per injuriam illatam famam & honorem lædi aut amitti, sicq; restitutione, propriè & accuratè loquendo, opus esse, prout supra in tertia decidendi ratione probavimus. 4. Dd. in 12. dubit. ratione allegati nihil contrarii statuunt. Julius enim Clarus citato loco loquitur de cumulatione actionum, quarum unâ ad interesse publicum, alterâ verò ad actoris commodum agitur. Bossii assertio, cum de casu ubi sententia continet criminalem & civilem pœnam loquatur, ad præsentem quæstionem malè adducitur.

Tui

de actione injuriarum æstimatoria

Tuschus quoque expressè eâ de facti specie agit, ubi ex pluribus  
L. 9 publica & privata oritur actio, à quâ ad præsens negotium,  
ubi de duplicis privatæ actionis cumulatione, quâ actor dupli-  
cem consequeretur satisfactionem, tractatur, utpote à casu sepa-  
rato, firma nequit desumi illatio. 5. Constitutionem Electora-  
lem cumulationem Palinodiæ actionis permittere, siue altera a-  
ctio sit criminalis, siue civilis, id rursus indistinctè non concedi-  
tur, aliudque in refutatione nonæ dubitandi rationis sufficien-  
ter demonstratum est. Et quamvis 6. non negetur, jure Saxo-  
nico pœnam non esse criminalem nisi sit corporis afflictiva,  
Wann die Klage gehet zu Haut vnd Haar

Coler. part. 1. decis. 22. num. 2. Wesenb. parat. Dig. de pri-  
vat. delict. in fin.

Sciendum tamen, Electorem Saxonix de ejusmodi pœna pecu-  
nariâ loqui, quæ sit extraordinaria aut arbitraria, quæque pro  
delicti atrocitate & circumstantiarum qualitate in carcerem,  
relegationem, fustigationem mutari potest, quod de injuriarum  
æstimatione ab actore libello petita asserere absurdum proxius  
foret. Licet autem de jure Saxonico actio, quâ ad multam,  
seu pœnam arbitrariam judici, seu fisco applicandam agitur, pro-  
civili habeatur, jure tamen Cæsareo eam criminalibus adnume-  
rari indubium est. Ac proinde Interpp. etiam Saxonici, pœ-  
nam in Constit. Electoral. 42. part. 4. quæ præter Palinodiam  
reo sit dictanda, cum parti non adjudicetur, criminalem appella-  
re solent, uti factum à

Wesenb. part. 1. consil. 22. sub num. 18. in parat. Dig. tit. de  
injur. num. 18. & in not. ad Schneidov. in §. 7. pœna. num. 15.  
verb. Licet enim in terris Sax. &c. Instit. de injur.

Nicol. Reusn. lib. 2. consil. 20. num. 17. Heig. ad d. §. 10. in sum-  
ma. num. 7. Instit. de injur.

Nec obstat. 13. dubit. ratio. Respondetur enim 1. dispositio-  
nem hanc juris Saxonici loqui de violentia & sic casu quodam  
speciali, eamque utpote statutariam ad casus alios non expres-  
sos minimè esse extendendam, sed casum non expressum dispo-  
sitioni juris Cæsarei relinquendum. Nam statuta sunt inter-

G

prestan-

13.

pretanda, ut quoad ejus fieri possit non recedatur à jure communi

*cap. causam qv. 2. §. ib: Panorm. ext. de rescript. Hartm. Pist. part. 1. quest. 16. num. 15.*

cum statuta & constitutiones locales strictissime sint accipiendae, nec extra illam, quâ de loquuntur, ad aliam speciem extendendae

*Schrad. de feud. part. 10. sect. 20. num. 169.*

*Jacob. Schult. quest. 65. num. 38. part. 2.*

*Berlich. part. 2. conclus. 29. num. 37.*

Unde constat hanc contra violentum invasorem seu occupantem jure Saxonico introductam actionem, in locum actionis vi bonorum raptorum jure Caesareo concessae, subrogatam esse. Cum verò vi bonorum raptorum actio sit poenalis mixta, quâ tam rem, quæ nobis è patrimonio abest, quàm poenam jure sancitam persequamur

*§. 19. vi autem bonorum, ubi Dd. instit. de actionib.*

proinde actio jure Saxonico subrogata non immeritò tam ad rem quàm poenam pecuniariam seu emendam dirigitur, sicque eo de jure nihil novi hac in re constituitur, quàm quod pecuniaria poena mitigetur, ac in locum tripli, triginta solidorum poena sit sancita. Jam verò tritum & planum est, ab actionibus poenalis mixtis ad reliquas actionum species, utpote casus planè separatos, imò diversos, firmum desumi non posse argumentum.

Negari igitur nequit, raptorem, violentumve rei alienae invasorem non solum actione poenali, sed & merè rei persecutoria, rei videlicet vindicatione & condictione conveniri posse

*l. 2. Praetor ait. §. 26. rerum raptarum D. vi bonorum raptorum.*

Si igitur dispositio juris Saxon. extans in art. 43. & 47. lib. 3. LandR. ita accipitur, ut actio ibidem merè rei persecutoria, rei nimirum vindicatio aut condictio, cum actione merè poenali, jure Saxonico in locum vi bonorum raptorum actionis succenturiatâ ad poenam seu emendam 30. solidorum compe-

168-

tente concurrat, tunc iterum hanc 13. dubitandi rationem prorsus non obesse quilibet videt; cum hujusmodi actiones non ex una eademque causa, seu obligatione, sed diversis orientur & ad diversa tendant, quæ cumulationem admittunt, prout ex primo & tertio notabili liquet. In summa ex deductis apparet, sanctionem juris Saxon. lib. 3. Land R. d. art. 43. & 47. huc non quadrare, sive ea de una æque rem ac poenam complectente actione, sive de duplici, quarum altera rem quæ nobis est patrimonio abest, altera verò poenam persequamur, interpretemur. Ille enim casus esset actio poenalis mixta tam ad rem quam poenam directa; isto verò binæ ex duplici causa concurrerent actiones, quarum una esset merè persecutoria rei, at altera merè poenalis, quorum neutrum de actione injuriarum æstimatoria civili & recantatoria dici poterit.

Quoad 14. rat. conceditur quidem, non exiguam, in foro præsertim, opinionum communium autoritatem esse. E contrario non tantum apud nos valere debet interpretum autoritas, ut veritatem investigare & eidem ad stipulari nobis non sit integrum

Hartm. Pistor lib. 1. quest. 24. num. 36.

& communi opinioni non est inhærendum, si reperiantur vel textus in contrarium, vel rationes urgentiores,

l. 2. §. sed nec multitudini. C. de vet. jur. enucl. can. ego solis. dist.

9. Colet. de process. execut. part. 2. cap. 6. n. 101.

Hinc illæ, quæ vulgò communes Dd. opiniones vocantur, si ratione careant, aut habeant quidem, sed infirmiore, meritò cedent illis, quæ ratione nituntur, aut certè quam illæ firmiori ac solidiori, ait

Vult. de feud. lib. 1. cap. 1. sub num. 1.

Quando igitur opinio contra communem rationibus fulcitur melioribus & validioribus, tunc à communi opinione rectè receditur

Mench. de presumt. lib. 2. presumt. 71. num. 24.

Philip. Dec. cons. 560. in fin. & consil. 576. num. 11.

præsertim ubi communis opinio est rigorosa, altera verò contra communem æquior & benignior; hoc enim casu communis impunè rejicitur

Menoch. *d. loc. num. 25.*

Negari autem nequit, satis rigororum esse, quod reus injuriarum actione pulsus ad duplicem Actori satisfactionem condemnari debeat, teste.

Rutg. Ruland. *de Commissar. part. 3. lib. 8. cap. 4. num. 17. in fin.*

Maximè cum satisfactio per palinodiam poena dicatur

Azo *in summa de poen. Paris de Put. in tract. de Syndicat. in verb. compositio. vers. quia plures. num. 5. quos refert Marant. in spec. aur. part. 4. sub num. 17.*

quia poena est satisfactio delicti, secundum

Azon. *d. loc. pr. Parid. de Put. d. loc. num. 7.*

Hinc & videmus Electorem Saxon. in Constitutionibus Electoralibus à communi Dd. opinione sæpius recessisse. Nec immeritò: Nam sæpe fit, ut communes opiniones non ex veritate, sed velut ex favore conspirato eorum prodeant, quorum doctrinas, quamvis juris aliquo textu non fulciantur, tueri pergitur: nonnunquam etiam negligentia in causa est, ut dum quæ ab aliis scripta sunt, sine altiori inquisitione aliis tradimus, & illi aliis, & ita deinceps facile evenit, ut communes opiniones orientur. Et sicuti olim in palæstris primus cursu defatigatus lampada sequenti dedit, & ille alii: Ita fit, ut apud plerosque Dd. consulta eorum non tam ex animi ratione, verique fundamentis, quam ex alienis vocibus colligantur; uti ait & conqueritur

Zafius *in l. 2. de Orig. jur. §. post hunc. num. 29.*

Atque ita communes opiniones conflantur per fortuitam adhesionem complurium Doctorem, qui diversis temporibus non communicato invicem consilio, nec diligenti veritatis indagatione adhibitâ, in hanc vel illam sententiam gregatim ruunt, secundum

Marquard Freher. *lib. 2. de fama & exist. cap. 18. num. 19.*

Videmus enim Dd. interdum aves imitari, quarum unam volantem omnes sequuntur, & sicuti oves, quò ipse duxque paterque gregis vadit, sine cunctatione comites se præbent: ita & Doctores

res.



res sæpius antecessorum vestigia & opiniones re sufficienter non  
examinatâ gregatim sequuntur, qui inde Doctores ovilli à qui-  
busdam vocantur.

Freher. d. loc. num. 20.

Nam ut Poëta canit,

Sæpè graves magnosq; viros, fama qve verendos  
Errare & labi contingit, plurima secum  
Ingenia in tenebras convèrunt nominis alti  
Authores, ubi connivent, deducere easdem :  
Tantum exempla valent, ad eò est imitabilis error.

Marc. Paling. in Scorp.

15. Decimam quintâ quod spectat, testantur quidem Dd. in  
Imperiali Camera cumulationem copulativè admissam esse. Ve-  
rùm hæc utrùm assertio Ordinationi Camerae part. 2. tit. 28. §.  
vnd sonderlich vers. doch sollen die Sachen injuriarum &c. per o-  
mnia conveniat, haut immeritò inde dubitari posset, quod ibi-  
dem actiones injuriarum ad recantationem directæ, per parti-  
culam adversativam & disjunctivam, auch andere/ ab actionibus  
injuriarum æstimatoriis civilibus separentur, ibi : Doch sollen die  
Sachen injuriarum, in denen auff Wiederruff geklaget / auch an-  
dere/ so auff Geld/ aber nicht vnter funffsig Bülden/ durch den Klä-  
ger in seine Klage æstimirt werden/ &c. aufgenommen seyen / Imò  
in Consistorio summi Principis cumulatio quanquam admitti-  
tur, ex Gailio tamen d. observ. 68. num. 6. apparet, hujusmodi  
in casu in sententia reclamatoria honorem rei expressè reservari,  
d; ihm solches an seinen Ehren vnnachtheilig. Undè liquet, libellus  
tam palinodiam, quam injuriarum æstimatoriam complectens,  
licèt in Camera Imperiali fuerit admissus, sententiam tamen  
condemnatoriam mitigatam esse. Testatur quoqve Rutgerus  
Ruland, in Camera quamvis Imperiali actio æstimatoria & re-  
cantatoria eodem in libello possint cumulari : sin verò reus in  
certam summam Actori applicandam civiliter sit condemna-  
tus, tunc revocationem, tanquam nimis duram, omissam esse,  
sicqve libelli cumulationem copulativam in disjunctivam, seu  
alternativam transmutatam

G 3

Rut.

Quæstio Juridica singularis

Rutger Ruland. *de Commissar. & Commissionibus. d. part. 3.*  
*lib. 8. cap. 4. num. 17. in fin.*

Si igitur cumulatione libelli copulativâ admisâ, ea in condemnatione in disjunctivam sit resolvenda, nec Reus secundum petitionem æquè in reclamationem ac in æstimationem civilem condemnandus; & sic utriusque actionis conjunctio nullum sortiatur effectum: dicendum forsàn videtur, rectius judicem facere, minimeque errare, si ab initio, exceptione cumulationis ineptæ oppositâ, libellum non admittat, sed tanquam ineptum rejiciat. Maximè cum sententiam definitivam libello ejusve petitioni conformem esse oporteat

*l. fin. C. de fideicom. libert.*

& probatis actionis in judicium deductæ requisitis Judex reum condemnare debeat. Nam factâ causæ probatione & cognitione summum in Judicis est officio, ut judicet seu sententiam ferat

*Donell. lib. 26. cap. 1.*

De qua re enim cognoverit Judex, pronunciare quoque cogitur.  
*l. 74. de quare. D. de judic. Ayni. Cravet. respons. 1000. num. 212.*

Hinc super actione cumulatâ pronunciandum, ubicunq; cognitum de ea est, quamvis locus cumulationi non esset

*Cravet. d. loc.*

16.

16. Ultima denique dubitandi ratio non obstat. Nam licet à Facultate Juridica Lipsiensi & Wittenbergensi anno 1634. ad requisitionem & alias forsàn pro cumulatione pronunciatum sit; alterâ tamen parte non auditâ, nec oppositâ ineptæ cumulationis exceptione & rariusculè factum est. Siquidem quoad Wittenbergenses præter allegatum, nullum prorsus extat præjudicium. Quoad Lipsienses verò duo duntaxat de anno 1592. & 1617. reperiuntur præjudicia cumulationem admittentia. Deinde in 7. decidendi ratione deduximus, in Scabinatu Lipsiensi contrarium observari & pro opinione negativa aliquoties judicatum esse. Imè ex Doct. Andrea Schefferi Senioris quondam Facultatis Juridicæ & Scabinatus Lipsiensis manuscriptis app. . . ; Facul. . . m quoque Juridicam Lipsiensem, a clori  
recan-


recantationem & æstimationem conjunctim petenti, non utrumq; sed horum alterutrum adjudicasse.

Quod verò sententiam Curia Electoralis Lipsiensis, anno 1675. in causa T. A. contra H. S. Uxorem, attinet, ea in considerationem venire nequit, cum ab ea pars gravata ad Serenissimum Electorem Saxon. provocaverit & adhuc quæstionis sit, utrum sententia judicis aliquo cumulationem actionum ad palinodiam & injuriarum æstimatoria admittens confirmari, an corrigi debeat? Nec ibidē, sicuti nec in Curia Provinciali Wittenbergensi pro cumulatione, aut duplici condemnatione, præjudicium extat ullum.

Elucet è deductis, in quæstione præsentis, pro affirmativa rationes primò intuitu speciosas, ac insignium Collegiorum & Interpretum autoritatem militare: at, Negativam opinionem pauciorum quidem autoritate niti, ei verò firmiora è juris ratione, naturâ itidem & qualitate cumulationis actionum, circaq; eam receptis principiis & regulis desumpta fundamenta suffragari; in Electoratu quoq; Saxonico à Collegiis, quibus de Jure respondere concessum, & judiciis inferioribus diversè hisce temporibus pronunciari, quod sanè sine litigantium manifesto & non exiguo detrimento fieri nequit. Proindē necessarium videtur, Serenissimus ut Elector Saxo. opinionum varietatem in præsentis & similibus negotiis controversis tollat: cujus decisioni hæc veritatis indagandæ ac erudendæ gratia consignata submitto.

Salvo rectius sententiarum  
judicio.

Deci-



Decisio Electoralis,

feu

Rescriptum Serenissimi Saxoniae Electo-  
ris ad Collegia juridica & judicia  
inferiora.

Von Gottes Gnaden Jo-  
hann Georg/ Herzog zu Sachsen/ Für-  
lich/ Cleve vnd Bergk/ etc. Chur-  
Fürst/ etc.

**W**IR haben vns zu-  
rück gnädigst zu erinnern/  
was wir vnterm dato des  
16. Julii nechst entwichen-  
nen 1636 Jahres vber der  
Frage: Wann einer von  
einem andern mit Ehren-  
rührigen Worten ange-  
gangen vnd geschmahet wird/ Ob dem Belei-  
digten zu zulassen sey/ daß er nicht allein Inhalts  
vnsers

vnfers Groß-Herrn Vaters / Christ-seligstes  
 Ungedenckens / klarer Verordnung / seine Klage  
 auff einen öffentlichen Wiederruff für Gerichte  
 anstrengen / sondern auch vnd vber diß / ihnt  
 gleichsam zu noch mehrer Ersekung seiner Eh-  
 ren eine Geld-Busse von funffzig / hundert /  
 funffhundert / Tausend / funff Tausend / mehr  
 vnd weniger Gülden zu erkennen / bitten mö-  
 ge? Euch zu geschrieben / vnd ewer mit bewähr-  
 ten Rechts-Gründen gefasstes Gutachten be-  
 gehret / vnd ist vns nunmehr vorgetragen wor-  
 den / wohin ihr ewre Meynung gerichtet / vnd  
 mit vnterschiedenen Ausführungen eingeschick-  
 et.

Ob Wir nun gleich die von Euch angezo-  
 gene Rechts-Gründe von nicht weniger Er-  
 heblichkeit vermercken: So wil vns doch in tra-  
 gender Hohen Landes-Fürstlichen Obrigkeit /  
 bey Erörterung dergleichen zweifelhafter Fäl-  
 le dahin genawes Absehen zu haben / vnd ein  
 solch Mittel zu bedencken / in alle Wege gebüh-  
 ren / damit zwar eines jeden guter Name billig  
 gehandhabet / aber auch Geldsüchtigen Leuten  
 nicht Unlaß gegeben werde / in Hoffnung gros-  
 sen Gewinns vnd Erwerbs / andere zu unbeson-  
 nenen Schmähe-Worten gleichsam auß zu lo-  
 cken

h

cken

cken vnd an zu reizen / welches bey jetzigen bösen Zeiten desto mehr vnd eher geschehen könnte / wann dem Beleidigten frey stehen solte / vngachtet ihm durch den Gerichtlichen Wiederruff nicht ohne Verkleinerung des wiederruffenden Theils / alles dieses vberflüssig erstattet were / was ihm durch die Schmähung benommen werden wollen / vber dieses einen Geld-Kram auff zu schlagen / vnd von dem andern ein Stück Geldes zu erpressen.

Vnd indem Wir befinden / daß vnseres Groß-Herrn Vaters Constitution, so viel das beleidigte Part betrifft / bloß auff einen Wiederruff gehet / gleichwol der Obrigkeit Anheim stellet / daß sie darüber vnd darneben einen muthwilligen Schänder vnd Injurianten willkürlich mit einer hohen Geld-Busse / mit Gefängniß / zeitlicher / oder auch nach Gelegenheit der Personē / Zeit / Dertter vnd anderer Umstände / mit Ewiger Landes-verweisung vnd Straupen-schlägen bestraffen möge: In welcher Bestrafung / (weil Sie der Obrigkeit Willkühr frey gelassen /) der Beleidigte Theil ihr einige Maaß vnd Ordnung nicht für zu schreiben hat / Als sehen Wir keine gnugsame Ursach / warumb wir an-

ieho

anjeko von solcher wolberathschlagten Consti-  
tution abweichen solten.

Begehren demnach gnädigst / wann der-  
gleichen Fälle vnnnd Klagen bey Euch einkom-  
men / darinnen der Geschmähete neben dem Wie-  
derruff auff ein Stück Geldes / ihme zu zu eig-  
nen / dringen wolte / ihr ihm sein Libell zu rück-  
gebet / vnd daß er entweder auff eine Geld-Buß-  
se / (so er anders / seiner Ehren dadurch gerathen  
zu werdē / vermeynet /) oder auff den Wiederruff  
klage / das vbrige aber des Richters Willführ  
heimgestellet bleiben lasse / bescheidet vnnnd vn-  
terrichtet / daran vollbringet ihr unsere zuver-  
lässige Meynung / vnnnd Wir seynd Euch mit  
Gnaden gewogen. Datum Dresden / am 10.  
Augusti Anno 1637.

E N D E.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.





Kd 1223

ULB Halle  
004 101 480

3




56 → TA

W 77







Inches

Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

URIDICA

ris.

riarum

oria,

ntatoriã seu ad Palin-

opulativè proponi &

ueat?

NATA

ZIO, D. supremi in

co iudicii p. t.

I Æ

Godofredi Grossii,

rius Ritzschius.

638.

